Clarissimis iuris studiosis Gabriel Henriquez. Salutem.



MPIE me facturum existimo viri literis et genere illustres, et mihi vnice chari nisi studiorum meorum qualia cunque esse possunt, ratione ad vos deferam. Quos humanissimos eorum cultores et accerrimos defensores semper habui. Nā non modo gymnasia nostra frequentando, doctrinam collendo, studijs nostris honoris plurimum adiecistis, sed et ea voce, auxilio, consilio, atque sufrágio adiuuastis, effecistisque vt magna cum acclamatione ter me victorem populus salutaret. Quam ob rem quæ cunque à me ædentur vsquam doctrinæ et eruditionis documenta vobis debentur. Primumque hoc adeo vestrum est, vt si ab alio posideretur possetis illud iure vindicare. Nam cum mecum ipse instituissem nihil ædere, nisi quod diuturno tempore tersum, ac politū, (et vt Horatius præcipiebat (nonum in annum præssum esset, vos pænes quos rerū mearum omne ius est, vt in hac petitione perpetuæ cathedræ .ff. noui, commentariolum in aliquod iuris capud æderem durissimo imperandi genere, rogando scilicet coegistis Quale quale ergo hoc est, vestrum est non tam à me dono datum, quam si libere dicendum, est, vi à vobis extortum. Quibus cōsilij mei rationem, cur potius caput Vlpiani quod de executione sententiarum tractat interpraetandum elegerim, non est necesse exponere. Scitis enim me in hoc literario certamine, plures sententias contra doctissimum competitorem vobis iudicibus obtinuisse. Quæ cum vt nostri loquuntur in rem transierint iudicatam, æquum fuit, me hoc tempore caput quod de rei iudicatæ authoritate et executione tractat, interpraetari. Scitis è tribus titulis qui ex Academiæ nostræ instituto interpraeti Digesti Noui asignantur duos de verborum obligationibus, et de acquirenda possesione, à nobis fuisse explicatos, dum eius cathedræ, que nūc vacat, substitutioni vestro beneficio præfuimus. Cum tanta talique auditorum frequentia et acclamatione qualem quantamque hactenus non viderat Academia. Cum que ad illos titulos dictata scholia per omnium manus et ora, magna cum laude versentur. E re meā esse duxi particulam aliquam tituli qui supererat de re iudicata commentariolo illustrare. Ex quo quales fructus faciemus huic cathedræ præfecti, erudictionis nostræ specimen aliquod in his tribus titulis habentes, possetis conijcere. Quæ ergo ductu impulsuque vestro in lucem prodeunt scholia, vestra cum sint vestrum patrocinium & ipsa suo sibi iure postulant priorisque domini non oblita supliciter exorant, vt his quibus nunc fluctuat vndis emersum ad foelicem portum, quod semper fecistis, perducatis: sic enim fiet vt postquam integram huius tituli interpraetationem viua docentis voce exceperitis commentarijs non ineptis sub vestro nomine totus prodeat illustratus: obseruantiæ in vos meæ, et diligentiæ in docendo, nō nostris solum, sed et exteris fidem facturus.

Valete.

Summarium.

1 Sententia iur. ciuili Rom. paratã habet executionem.

2 Res iudicata quando dicatur iure ciuili et cano. Explicatur .l. 1. De re. iud.

3 Ex sẽia. oritur actio iudicati vel in factum quæ secundum coẽm. eadẽ est sed improbatur.

4 Actio iudicati cum competit non est necessaria actio in factum contra cõem. explicata l. si familiæ C. fam. erciscundæ.

5 Interpretatio l. Actori C. de iur. iur. l. cum antea C. de recep. arb.

6 Iudicati actio executionem meretur contra cõem.

7 Actio in iuditio via ordinaria plerunque proponitur aliquando via executiua etiam ante rem decissam per sententiam explicata l. minor 25. an. de mino.

8 Delegati non executur sententias ab ipsis latas quod tamen improbatur n. 18.

9 Iudex ordinarius de nullitate sẽtẽtiæ cognoscit, delegatus non ita, declarata cũ communi l. si vt proponis C. quo, et qua. iud. quæ improbatur n. 14.

10 Noua interpretatio l. quid tñ. de arb.

11 Veras species .c. qualiter et. qu. 17. de accusa. ex integra.

12 Delegatus etiam post latã señiam non dicitur functus officio suo donec eã exequatur declarata l. iudex postea quã. j. hoc tt.

13 De cognitione super nullitate señiæ ad executionem nõ recte procedit argumẽtum.

14 Delegatus de nulli. sent. cognoscit cõtra cõem. improbatur Cũma. interpretatio ad l. si vt proponis, et noua traditur.

15 Interpretatio l. iudex postea quam hoc tt.

16 Quæ mixti imperij sunt non delegãtur, declarat l. ea quæ § magistratibus ad munic. l. nemo potest. gladij de reg. iur.

17 Libellus quid et magistri libellorũ explicata contra cõem. l. ne quidquã §. vbi decre d. officio pro.

18 Delegatus iu. ciu. exequitur suam sententiam reiecta communi interpretatione l. a Diuo pio.

19 Refellitur secunda eiusd. tx. interpretatio et noua traditur.

20 Iudex datus quis sit et in quo differat a delegato.

21 Conciliatur .l. in priuatis .ff. de iudicijs cũ l. qui iurisdictioni .ff. de iur. omn. iud.

22 Multiplex interpretatio refertur ad l. ait prætor. De re. iud et non vulgariter explicatur.

23 Agitur late de interp. l. fi. C. de iud. et vera traditur.

24 Varia interpretatio ad hunc tx. ver Arbitrorum.

25 Reprobãtur receptæ interpretationes ad authenticam de exhibendis reis .§. si vero et noua asignatur.

26 Refellitur cõis. constituens differentiã inter ius cano et ciuile quoad executionem faciendam per delegatũ declaratur tx. in c. quo ad translationem de officio de leg.

27 Delegatus principis iur. ciui. et cano. señiã exequitur sine vllo speciali priuilegio idemque .ẽ. in sub delegato delegati a principe.

28 Delegatus mulctã dicere potest cõtra cõem, declarata l. 2. ff. quis et a quo, appell. contra Gouea. et l. 1. §. ab eo eiusd. titul.

29 Mulctæ dicendæ facultas illis solis cõpetit quibus publice iuditium est et quõmodo accipiatur ad verãm interpretationem l. 2. §. fi. ff. de iudicijs.

30 Explicatur .l. eos c. de modo, mulcta.

31 Defenditur lectio l. 1. C. siquis ius. dicenti.

32 Magistratibus municipalibus ius. mulctæ non competit.

33 Cõmissa causæ cognitione, an cẽseatur cõmissa señia, et commissa executione an aliqua cognitio mandetur remisiue.

Vlpianus libro Tertio, de Officio Consulis.



A Diuo Pio rescriptum est, magistratibus populi Romani, iudicum a se datorum, vel arbitrorum sententiam exequantur hi qui eos dederunt.



NVlla est in hac postrema digestorũ parte notior lex propter insignes difficultates quas habet summa cum vtilitate coniunctas ideoque varijs titulis ab interpretibus cõmendatur nam solemnem & vtilem vocat. Alex praticabilem Iaso. clauem totius tituli Vldaricus Zazius qui & alij iuris interpretes qui in pretio habentur & in ordinarijs commentarijs & in miscelaneis eam illustrare conati sunt, quibus accedet noster labor neque ineptus vt ego arbitror neque infructuosus.

Totum hoc Vlpiani Caput ex concordi interpretum opinione duos explicat iuris articulos qui in executione sententiarum precipue versantur. Alterum de iudicibus qui exequũtur sentencias, alterũ de ordine & modo exequendi. De primo agit Vlpianus in hoc principio & in §. sequenti & in §. si super rebus, & in §. si post addictum. In reliquis §. §. se-
1 cundum prosequitur. Illud quasi certum & in dubitatum in omnibus premittens sententiam iure isto habere paratam executionem, quod ex hoc principio in illis verbis ibi. (*Sententiam exequantur:*) Colligit Cuma; hic. n. 1. Iaso. 4. probat. l. 4. §. si ex conuentione. s. hoc. tt. ibi. (*Manebit ordo executionis.*) l. post rem. iudicatam infra eod. melior tx. in. l. si pignora ff. de euictionibus ibi. (*Extra ordinem sententiam exequentes*) Quem expendit Baldus in. l. 2. 1. col. c. de executione rei iudicatæ, & ad id notabilem reputat Fulgo, in. l. si intra. n. 2. s. hoc. tt. Brisonius lib. 4 select. antiquita. c. 2. elegãter explicans quid esset extra ordinẽ sentẽtiã exequi & quibus modis fieret, est quæ apud omnes receptissima opinio, quę de ea sententia intelligenda est quæ per appellationem non est suspensa neque potest suspendi, sed quæ in rem transiuit iudicatam, vt pontifices loquuntur in. c. cum inter de Re iudicata ibi. (*Cuius sententia cum nulla fuerit appellatione suspensa in rem transiuit iudicatam*). C. quo ad cõsultationem eod. tt. ibi. (*Quia cum sentẽtia post decem dierum spatium in authoritatem rei transeat iudicatæ.*) Quam loquendi rationem praxis vbique & stylus loquendi admisit vt notat Rebufus. 1. Tho. ad Regias Constitution. tt. de sentent. executo. in prefact. n. 9. Dominus Francis. Sarmiento. lib. 1. selectarum. cap. 13 in principio Quamuis apud Iuris Ciuilis conditores res iudicata dicatur interim dum potest appellari a sententia l. litigatoribus. 24. C. de appellatio. l. & post rem iudicatam ff. de transactio. obseruat Accursius

in .l. 1. glo. 1 s. hoc tt. quę probant ibi Bart. & Zazius, n. 1. receptū resoluunt Decius n. 7. Cagnolus, 6. in l. res iudicata ff. de regulis iuris, eleganter Ioanes Robertus. lib. 1. receptarum sentent. c. 24. Vnde inter pretor .l. 1. huius tt. quæ rem iudicatam definiens solum exigit vt lis sit decissa per sententiam absolutoriam, vel condemnatoriam, & tamē certum est ab illa sententia posse apellari iuxta tx. in l. eos 6. §. fi. C. de appelat. Non tamen perpetuum est vt res iudicata dicatur in iure ciuili cum a sententia potest appellari nam & tunc dicitur cum per appellationem suspendi iam non potest vt in l. eleganter. 23. §. si post rem. ff. de cōd. in deb. ibi. *Quæ nullo remedio attentari potest.* l. post rem infra hoc titulo. Ex quibus conuincitur opinio glo. vers. (innouata) in. c. nō solum de appellatio. in 6. quam communem resoluit Matienço in l. 13. titu. 11. glos. 2. numero. 4. libr. 5. Recopillat. quæ docet iure ciuili rem iudicatā semper dici quæ per sententiam diffinita est licet ab ea appellatum sit vel appellari possit, quod tamen falsum est cum & res iudicata dicatur quæ nullo remedio potest attentari de qua accipiendum est totum hoc Vlpiani caput executionem tribuens sententiæ.

Sed licet hæc resolutio apud eos qui Hispaniæ legibus reguntur expedita sit, & sine controuersia propter l. 1. titulo. 21. libr. 4. nouæ Recopilatio. difficilis tamen videri poterit iure ciuili Romanorum, quo actio iudicati nascitur ex sententia quæ in rem transiuit iudicatam l. 4 imprincip. & in §. 1 & in §. fin. l. milles. qui iudicati & §. iudicati. s. hoc titulo l. hoc iure infra desolution. l. si procurator. ff. de procurato. Siue etiam in factum l. actori. C. de iure iurando l. cum antea C. de recept. arbitr. Quæ sane actio in iudicio via ordinaria proponenda est vt insinuat iurisconsultus in d. l. intra dies ibi (agatur) quod verbum ad actionen propositam via ordinaria referendum est vt in l. licet §. si plures ff. de procurat. l. 1 C. quando ex fact. tut.

Quam difficultatem soluit cōmunis ex sententia speculatoris in tt. de
3 executione sententię §. breuiter in principio docētis dupliciter agi posse ex sententia aut officio iudicis, aut actione iudicati vel in factū quæ ea dē est vt notat glo. in l. miles § qui iudicati .s. hoc tt. per text. in dicta l. actori sequitur vterque Imola. quos refert. Iason. ind. §. qui iudicati n. 2. Zazin. in d. l. intra dies num. 8. Roman. in l. nam & postea §. fi. n. 3. de iu. iur. Salyn. in d. l. actori vbi dicit communem Baldus & induci potest l. cum antea C. de receptis arbitris, & tx. iuncta glosa in l. item veniunt. §. idem recte de Pet. hæredit. iuxta quā distictionē dicendum est quod si agatur officio iudicis nō est necessarius libellus aut ordo iudiciarius quo modo procedet tx. noster & iura similia, quæ agunt de executione sententie, si vero agatur per actionem iudicati vel in factū via ordinaria agendum sit quam distinctionem amplectitur Barthol. in d. l. intra dies num. 1. vbi Imola. num fi. dicit communem & in practica

non esse ab ea recedendum firmat Cuma ibi n. 2. qui plures differentias inter hæc duo remedia congesit.

Sed ego communem istam opinionem probare nunquam potui, cõ mentitiam quæ esse ex vera huius articuli resolutione ostendo in primis enim obseruo ex sententia propriam actionem dari, iudicati scilicet, nõ vero infactum, deinde actionem iudicati libellum non desiderare ne-
4 que ordinarium iuris ordinem. Primum probant omnia iura. s. allegata. n. 2. infi. quæ ex sententia actionem iudicati concedunt ita vt necesse non sit ad actionem in factum confugere quæ deficiente alia actione datur vt in. l. 1. & 2. ff. de præscript. verb. Neque conturbat hanc resolutionem. l. si familiæ. C. famil. ercis, quę sententiæ arbitri actionem prescriptis verbis concedit quam in factum esse probat. d. l. 1. & 2. ff. de prescript verb. Nam ommissa solutione existimantiũ eum. tx. procedere in sentẽtia arbitri quæ per omnia sententia non est vt in. l. quid. ergo. §. ex cõpromisso. ff. de his qui not. infam, quæ conuincitur ex eo quoniam. d. l. si familiæ nõ loquitur in arbitro compromissario de quo in. d. §. ex compromisso sed in arbitro iuris qui veram sententiam proferre potest, vt ad veram interpretationem nostri tx. in verbo. *Arbitrorum.* Infra obseruabimus. Ego ad veram illius tx. interpretationem considero, ibi non dari actionem iudicati, quia nõ competit ex sententia, sed post executionem factam & res hereditarias secundum sententias hinc inde adiudicatas, actum fuit ad euictionem rerum adiudicatarum, quo casu cum defficiat ordinaria & solemnis actio merito ad actionem prescriptis verbis reccurritur.

5 Rursus veræ sententiæ quam contra communem defendimus non obstat. l. actoris. c. de iure iurando in qua non ex sententia nascitur actio in factum sed ex iure iurãdo ad similitudinem actionis iudicati nam cum ius iurandum sententiæ in iure equiparetur non semel. l. admonendi de iur. iur. l. 1. eiusd. tt. ibi. *Deciduntur controuersiæ.* Iuncta. l. 1. s. hoc. tt. ibi *finem controuersiarum.* l. post rem iudicatam. j. hoc. tt. merito ad instar actionis iudicati quæ ex sent. oritur ex iure iurãdo datur actio infactum in. d. l. actori sic et in. d. l. eum antea. C. de recept. arbit. actio infactum datur ex sententia arbitri a partibus electi. quia iudicati actio non potuit competere l. 1. ff. de recept. arbit. cum per omnia sententia non sit vt in. d. §. ex compromisso, quæ sane actio in factum orta ex sententia arbitri approbata a partibus expresse vel tacite, & vt nostri interpretes loquuntur emologata, executionem meretur ex noua illa cõstitutione (dum ait. *Non solum reo exceptionem Veluti pacti generari sed etiam actori ex nostro numine in factum actionem quatenus possit sententia eius executioni mandari.*) Quæ verba actioni in factum quæ ex sententia arbitri oritur tã expresse tribuunt executionem vt mirer Bart. contrarium docuisse in. d. l. si intra, qui sic exponit præcitata verba, sententia arbitri ex qua actio in factum oritur executioni mandatur non tamen per actionem in factum sed per officium

A 3 iudicis

iudicis quã expositionem merito reijcit cuma, ib. quasi inferentem violentiam illis verbis quæ executionem tribuunt ipsi actioni infactum.

Ex quo comprobatur euidenter id quod. 2. loco proposui ipsam iu-
6 dicati actionem executionem mereri, neque necesse esse ad officium iudicis confringere ad exequendam sententiam, nam si actio in factum quæ ad instar actionis iudicati datur ex decisione arbitri, quæ non per omnia sententia est, executionem meretur vt in. d. l. cum antea, ipsa iudicati actio quæ ex vera sententia oritur multo iustius erit exequẽda, quo fundamento hanc sententiam contra coẽm Cuma. et alios defendit Zazius in. d. l. intra dies. n. 10. & ibi Duarenus pro quibus induci potest viua ratio & spirans nam si post decissam litem per sententiam a qua appellari non licet iudicati actio via ordinaria esset denuo instituenda, necessaria esset alia sententia quæ pareret actionẽ iudicati, sic quæ in infinitum lis protraheretur contra expressas iuris decisiones quæ finem litium in sentẽtia positum esse voluerunt. l. 1. S. hoc. tt. l. 1. c. de fide instru. ibi. *Ne sopita iam negotia per huiusmodi viam iterum apperiantur & contrarium aliquid nostro eueniat proposito.* l. 3. c. de fruct. & litium expensis ibi. *Post absolutũ enim dimisum que negotium nefas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia.* l. sub pretextu. c. de re iud. tradit Cuja. ad Paul. lib. 1. sent. tt. 19. & lib. 5. tt. 5. vers. res olim iudicata. Constant. Armenopulus in promptuario iuris lib. 1. tt. de sumptibus quos quis iniuste fecit ex quibus efficaciter ꝓbatur actionem iudicati quæ oritur ex sententia non iure ordinario in iudicio proponendam, sed extra ordinem exequendam, non enim retinet naturam veteris actionis super qua iudicatum est, ideoque perpetua est licet antiqua fuerit tẽporalis. l. miles. §. iudicatis. s. hoc titulo & executioni mandatur cum tamen prima via ordinaria fuerit agitata.

7 Neque obstat quod actionis nomen ad viam ordinariam videtur referendum, nam respõdet Iaso. in. d. l. intra. n. fi. illud procedere vbi quis agit pro re nondum decissa ceterum si pro re iam decissa actio detur qualis est iudicati quæ datur ex sententia, via ordinaria agendũ non est, Verum hec solutio non tollit difficultatem ductam ex l. licet §. si plures de procurato. Neque verũ est omnes actiones ante sententiam via ordinaria esse proponendas, cum quædam extra ordinem executioni mandentur, qualis est quæ competit ex iureiurando. §. item si quis postulante de actio. & ex instrumento depositi. l. pen. c. de positi quam ad hoc expẽdit ibi Bart. quẽ aduersus Baldum et Saly, defendit Rodericus Suares in. l. post rem iudicatã in pr. in casu. 5. qui plures alios prosequitur in quibus actio via executiua in iudicium deducitur.

Quare ego ad propositæ difficultatis resolutionem obseruo actionis nomẽ generale esse. l. pecunię verbum § actionis de verbo sig. quod nõ modo cõprehendit petitiones quę iure ordinario deducũtur in iuditiũ sed etiã persecutiones quæ extra ordinẽ ꝓponuntur in iuditio. l. actionis verbũ de ver. sig. cũ enim actio sit ius persequẽdi in iuditio ꝙ sibi debetᷣ

l. nihil

l.nihil infra de actio. & obl.quamlibet persecutionem etiam extraordinariam continebit: quibus cõsequens .ẽ. vt actio iudicati executioni possit mandari, licet enim actio ad ordinarium ius agendi in iudicio plerunque referatur, hoc tamen non procedit vbi actionis nomẽ generale persecutionem extraordinariam cõprehendit qualis est iudicati actio. Pro qua sententia expendo tx. in l. minor. 41. de mino. in illis verbis. *Quia paratam ex causa iudicati persecutionem, nouo contractu ad initium alterius petitionis redegerat.* Quibus verbis persecutionẽ ex causa iudicati vocat Vlpianus, quam alijs in locis actionem iudicati quam non esse in iudicio proponẽdam via ordinaria, sed executiua aperte indicat dũ minorem restituit quasi læsum, eo quod omissa via executiua, quam sibi parauerat per actionem iudicati, per cautionem de nouo factam effecit vt lis via ordinaria esset proponẽda: Etenim si actio, vel persecutio ex causa iudicati non haberet paratam executionẽ, vt communis voluit, nulla in re diceretur lęsus minor qui omissa actione iudicati cautionem sibi quasi creditæ pęcuniæ fieri curauit, quia tamen actio iudicati persecutionem continet extraordinariam, & vt nostri loquuntur executiuã læsus dicitur minor; qui passus est, litem alteram consurgere post primam litem finitam.

Ex his omnibus in summa colligitur, sententiam etiam iure isto executionem paratam habuisse, non per officium iudicis, vt communis putabat, sed per actionem iudicati, quæ extraordinaria persecutio est, sed iam qui possint exequi sententias videamus.

8 Et ex rescripto Diui Pij ab Vlpiano relato constat eos qui iudices dederunt executuros sententiam iudicum a se datorum, quibus verbis probari putat cõmunis delegatum judicem, hoc est eũ, qui non proprio iure iurisdictionem sed alieno beneficio habet, de quo in l. 1. §. qui mãdatã ff. de officio eius cui man. ẽ. iu. non posse suam sententiam exequi, quam conclusionem ex hoc. tx. deduxit glo. vers. a se vers. dic ergo, & ad eam sępe allegari testatur Cuma. in prim. & probat Iaso. n. 3. & 5. Alex. 6. Idem Iaso. in, l. fi. n. 5. C. de iudicijs. Abb. in repet. c. sig. ius contra clericũ. n. 36. de foro comp. vbi communem resoluit Felin. n. fi. Maria. soc. n. 14. Maranta de ordine iudiciorum. 4. part. disti. 5. n. 46. & tanquam receptum tradidit Altia. lib. 2. parad. c. 4. n. 3. & c. 5. post princip. Claudius in. d. l. 1. n. 2. ff. de officio. eius. Menoch. de arb. lib. 1. quest. 74. n. 4.

Cuius receptæ interprętationis duplex assignat ratio. Prior est qua delegatus, iudex qui alieno beneficio iurisdictionẽ habet. d. §. qui mandatã post quam, sententiam tulit functus est officio suo, ideoque nulla penes eum manet jurisdictio neque ad sententiam exequendam, iudex vero ordinarius licet deleget causam, adhuc tamen retinet suam iurisdictionẽ ordinariam, quam a se abdicare non potest. l. pen. ff. de officio pręsidis. Cuius jurisdictionis virtute exequitur sententiam sui delegati, quam rationem scripsit hic. Bart. numero 14 cui subscribunt Alex. n. 6. Iaso. 3. Altiat. lib. 2. parado. c. 2. nume. 3. & in Reppublic. de officio ord. n. 17.

Pro qua ratione alegatur in primis l. judex postea quam .j. hoc tt. intelli gendo eam in iudice delegato vt ibidem tradit Bart. statim in pri. & refert Paulus num. 1. Menoch. de Arbitrarijs lib. 1. q. 67. n. 22. De inde aducitur l. si vt proponis: 4 C. quomodo & quando judex, qua probari putant fere omnes interpretes delegatũ judicem, qui protulit sententiam nullã nõ posse de nullitate, & de causa iterũ cognoscere, cũ tamen ordinarius posit l. si preses eodem tt. l. 1. in fine C. de sententijs & inter locutio. omniũ jud. l. 4 C. de accusatio. quã differentiam inter ordinarium & delegatum ad inter pretationem l. si vt proponas obseruat glo. ibi verbo cõmisit Coĩter recepta per omnes ibi teste. Detio. in c. in literis n. 3 De off. delegati. Alexand. in d. l. judex postea quam n. 12 Iaso. in l. More n. 4. ff. de iur. omni. jud. & in l. serui electione n. 4. ff. de leg. 1. Carolo Rui. in cons. 142. n. 1 lib. 4. Boerio q. 6. Bellono lib. 1. sup putatio c. 18. num. 1 Tiraquello in l. boues §. hoc sermone limitatione 1. n. 4. ff. de verbo sig. quæ differẽtia ex eo procedit quia ordinarius lata sententia jurisdictionẽ habet. Delegatus vero omnino functus est off. suo, ita vt post latam sententiã etiã nullam non posit iterũ de causa cognoscere neque validam executioni mandare iuxta supra traditam nostri. tx. Interpretationem.

Lib. 1. ttº 4º

9

Neque receptã istam differentiã inter iudicẽ delegatum et ordinariũ infringit. tx. Qui in contrarium solet allegari in l. quid tñ. 25. ff. de recept. arbit. quia non loquitur in judice delegato sed in arbitro a partibus ellecto qui nullam jurisdictionem habet neque per omnia sententia est, que ab eo profertur l. 1. C. de recept, arbitris l. 2. ff. eodẽ l. quid ergo §. ex compromisso digestis de his qui notantur infamia vnde de arbitro ad judicem non iusta argumentatio est, quia in arbitro singulare ius est ductum ex eo quod potestas arbitri ex partium voluntate et conuentione prouenit: que res efficit vt forma compromisi ad vnguẽ seruanda sit l. diẽ proferre §. de officio. ff. de receptis arbitris. Quo fit vt in d. l. quid tamen arbiter posit iterũ judicare quia nõ tullit sentẽtiam iuxsta compromisi formã super tota causa, atque ita nihil actum est, potestque per prętorem compelli vt de omnibus simul sententiã dicat vt formæ compromisi satis fiat, neque enim in potestate eius est semel receptum arbitrium deserere sententiam aliter proferẽdo quam in compromisso continetur l. labeo §. tametsi. ff. de receptis arbit. quæ interpretatio ex tota serie illius l. dilucide colligitur. atque ita non obstat communi sententiæ quam supra resoluimus, sed neque magis apte contra eã allegatur tx. In c. qualiter et quãdo 17 extra de accusatio. ad cuius interpretationẽ obseruo. Primo eum tx. loqui in iudicibus habentibus ordinariam jurisdictionem atque ita male allegari ad questionẽ de qua agimus quæ loquitur in habentibus mandatam. De inde obseruo ibi non fuisse latam sententiam difinitiuã sed eo quod debitus procedendi ordo non fuerat obseruatus jusos fuisse iudices de causa ordinate iterum cognoscere vnde non probat is tx. Delegatũ judicẽ posse de nullitate

10

11

tate

tate sententiæ cognoscere cum in eo non fuerit prolata, quod satis indicat versiculus si vero, *Ibi in negotio procedatis.* Et multo dillucidius colligitur ex integra quam refert, Ant. August. in 3 collectio. decreta c. 4. Ex quibus cõfirmata manet recepta interpretacio d. l. si vt proponis et consequenter coīs decidendi. ratio nostri tx.

12 Quæ tamen mihi non probatur quoniam lata sententia judex dicitur functus officio suo quo ad cognitionem ita vt nõ posit amplius suã sententiam mutare siue ordinarius sit, siue delegatus, quomodo interpretor tx. in d. l. judex postea quã, vt illa verba expresse demonstrauit. *Vt judex qui semel pluris, vel minoris condemnauit amplius corrigere suam sententiam non poßit.* Quibus verbis facultas negatur corrigendi sententiam non exequendi quo ad hoc enim iudex manet qui eam protulit siue ordinarius sit, siue delegatus, qui tunc dicitur functus officio suo cum sententiã a se latã per se, vel per alium executus fuerit iuxta. Alex. ter. responsum in c. in literis. 9. de officio deleg. et sane merito, quia cum executio sit sententiæ consequens mandata jurisdictioni ea quæ in ipsius necessariam consequentiam veniunt cõcessa videntur ex Reg. l. ad legatum l. ad rem mobilē de procurato. l. 2 ff. de iur. omn. jud. et magis in terminis tx. in c. preterea et in c. suspitionis de off. deleg. quæ iura loquuntur in delegato quem posse facere omnia quæ ad causam delegatam expectant recte docēt, et per consequens exequi sententiam quoniam antea non dicitur judex plene functus off. suo vt in d. c. in literis atque ita cõmunē rationē nostri tx. suspectam esse profitetur Menoch. lib. 1. q. 14. num. 4.

13 Neque eam adiuuat. d. l. si vt proponis nam vt demus veram esse conclusionem quam ex ea deducunt interpretes, adhuc tamē receptæ interpretationi nostri tx. non recte adaptatur. Nã ex eo quod iudex delegatus post latam sententiam nullam non potest iterum de causa cognoscere, non sequitur non posse eum sententiam validam executioni mandare. Primum enim iuste denegari videtur iudici cum in culpa fuerit sententiam nullam proferendo ideoque iurisditio qua abusus est semel, nõ debet censeri iterum concessa. Secundum non æque adimitur, cũ potius concessæ jurisditioni consequens sit, qua non ab vtitur delegatus, sentētiam validam a se latam ad executionem perducēdo. Vnde cum separata hæc sint & diuersam rationem habeant de vno ad alterum non recte fit illatio. l. Papinia. exuli. ff. de mino.

Sed et ex alio, vere & efficaciter detegitur superioris argumētationis
14 fallatia, quoniam juris veritate inspecta, in quam præscribere interpretum opinio etiam longo tempore probata non potest iudex delegatus de nullitate sententiæ potest cognoscere & iterum de causa seruato juris ordine iudicare nulla facta inter delegatum & ordinariũ quo ad hoc differentia, quã opinionem defendit solus Cuma, hic. n. 3. & licet non probetur in. d. l. quid tamen & in. d. c. qualiter & quãdo iuxta veras illorum jurium interpretationes supra traditas probatur tamen efficaci ratione quia actus nullus nõ consumit judicis iurisdictionem vel alterius

qui actum explicare debet.l.2.ff.de optione legata.c.si electio De electione in.6.congerit plura Molina. De Hispanorũ primog.lib.2.c.4.n.38. non enim debuit prestare impedimentum sententia quæ de iure non fuit sortitá effectum, iuxta vulgarem regulam & facit.l.quoties.ff. qui satisdare cogantur.l.si aut nullum.C.de leg.hered. His addo nullibi in iure eam differentiam inter delegatũ et ordinarium reperiri nã quod dicitur in.d.l.si vt proponis delegatum iudicem post latam sententiam nullã amplius de causa nõ cognouisse ex eo procedit quia delegãs reuocauit iurisdictionem & eam alteri commisit quod facere potuit.l.iudiciũ soluitur.ff. de iudicijs alias enim potuisset delegatus qui sentẽtiam nullam protulit iterum de causa cognoscere vt interpretatur.Cuma.in d.n.3.et probari videtur in illis verbis.*non immerito præses denuo negotium alterius iudicis notioni terminandũ commisit.* Sed arguta hæc Cuman. interpretatio ex eo mihi non placet quia tx. Ille tunc promittit causam alteri committi, cum iudex die feriato, parte absente, & ignorãte protulit sententiam, quæ ex his causis nulla fuit, atque ita ostendit ex iuris necessitate, alteri comissam fuisse caussam, quia primus iudex de ea amplius cognoscere non poterat nam si ex sola voluntate alteri committeretur non esset necesse primum iudicem protulisse sententiam nullam, cum et sine eo potuisset delegãs vetare ne iudicaret.d.l.iudicium soluitur quare ego quod ad eum tx. Aduertit nemo, ob seruo non loqui in judice delegato qui iurisdictionem habet, quæ per sententiam nullam non est consumpta, sed in iudice dato qui notionem tantum habet, quod satis probant illa verba.*A judice dato*, & illa.*Alterius iudicis notioni terminandum commisit.* Sane datus iudex qui a delegato longe differt si nulliter procedat non potest de causa iterum cognoscere iuxta ea quæ infra dicemus ad veram interpretationem huius legis.

15 Rursus communis sententia quam Cuma, improbat non probatur in.d.l.iudex postea quam, in qua.j C.non loquitur de sentẽtia nulla, sed de æqua vel iniqua hoc est contra ius partis, vt ostendunt illa verba.*Siue bene siue male*, & illa *Amplius corrigere sententiam suam non possit.* Vt bene expẽdit Menoc.lib.1.de arbitrarijs questione.67.numer.24.&.25.Cum ergo ille tx. Non loquatur in sententia nulla male ad supra dictam conclusionem citatur.

Ex quibus satis improbata manet cõmunis decidendi ratio, ad receptam nostri tx. Interpretationem.

Quare alij aliam assignant, scilicet executionem sententiæ esse mixti imperij.l.jubere Cauere.ff.de iu.om.iud. at ea quæ mixti imperij sunt de
16 legari non posse.l.1.ff.de offo.eius ciu.ma.c.ju.iuncta.l.cognitio.§.magistratibus.ff.ad municipalem, quam conclusionem ex dicta.l.1.colligunt omnes sin Altiat.in c.quod sedem.n.5.de off.ordina.Coua.lib.3.varia. c.vlt.facit l.nemo potest gladij.ff.de reg.jur.l.solet.ff.de.offic. proconsulis.l. neque quicquam.§.vbi decretum eod.tt. secundam tertiam interpretationem glo.ibi coĩter receptam quam rationem presensit glo.hic. vers.

ver. a se. & vers. quia executio quam probat. Iaso hic n. 5. Alex. 6.

Verumhęc ratio nō est magis apta quam superior quia licet receptissimum sit ea quæ mixti imperij sunt non posse delegari, cōtraria opinio verior est, quam nō obscure docuisse videtur Vlpia. in. d. l. 1. ff. de officio eius dum ait mandata iurisditione, merum imperium quod lege datur non transire quasi alterum transeat sed imperium duplex tantum est l. imperium. ff. de iuris. omn. iudicum C. cū ergo merum nō transferatur relinquitur necessario mixtum transire. Accidit quod in. l. imperiū scribit iuris consultus mixto imperio iurisdictionem inesse at in. d. §. qui mandatam vers. paulus dicitur transferri imperium quod iuridictioni coheret ergo de mixto intelligit iuris consultus.

Denique inducitur. l. ea quæ in fine. ff. ad municipalem iuncta l. cognitio § vt possessio de officio eius & . l. vltima in fine. c. vbi & apud quē quibus exprimitur missionem in possessionem mādata iurisdictio. trāsire vnde causas misti imperij mandari posse contra communem defendūt, hic Duarenus & Cuma. idē Cuma. in l. 4. §. si intra. S. de damno infecto Fulgo in. d. l. 1. de officio eius Altiat. lib. 2. Paradox. c. 1. Menoch. d. quęstione. 74. n. 5. late articulum istum prosecutus. Neque contrariū probat d. l. 1. iuncto. §. magistratibus qua ille. §. loquitur in magistratibus municipalibus quibus ea quæ mixti imperij sunt denegantur, magistratibus vero populi Romani conceduntur qui quidem possunt ea mandare. Minus obstat dict. l. nemo potest quia loquitur de mæro imperio vt ostendit verbum gladij potestatem iuncta. d. l. imperium qua etiam ratione interpretanda est. d. l. solet.

Quod vero vltimo loco adducitur ex. l. nec quicquam. §. vbi decretū
17 facilius est si animaduertamus verbum libellum inepte ibi accipi pro iudice delegato quasi velit proconsulem non posse causas mixti imperij per iudicem delegatum expedire sed potius significat schedulam qua desideria nostra principibus aut magistratibus exponimus, qua in significatione frequenter vsurpatur a iuris consultis vt in l. vlt. ff. de officio procuratoris Cæsaris. l. non distinguemus. §. quidam de receptis arbitris. l. semper. §. demonstratur. ff. de iu. immunitatis. l. 2. §. item diui. ff. de iu. fisci. l. 4. ff. de appellatio. recip. l. Diuus Adria, infra hoc. tt. vnde magistri libellorum dicūtur qui huiusmo. schedulas principi oblatas examinant hisque subscribendis vacant cui muneri pręfuisse apud seuerū imperatorem Papinianum constat ex. l. rescriptum. 12. ff. de distractione pigno. ibi *Libellos agente Papiniano*, & apud Iustinia. Constantinus. l. 2. §. ideo. c. de nouo. C. faciēdo. l. 2. §. quæ omnia c. deuetere iur. nu. & apud impe. Domitianū in plin. iunio. Martialis. *Idem supplicibus vacat libellis.* Qua in significatione accipitur in. d. §. vbi decretum cuius sententia est ea quæ requirunt caussæ cognitionem non posse expediri per simplicē subscriptoinē ad libellum quod pro regula traditur in l. etiā. 73. ff. de reg. iur. cuius plura exempla sunt in. l. minorum. C. de prędijs minorum in. l. iudex. C. commitiones vel epistolas in. l. excusare. ff. de excusatio.

cusatio: tutorũ quã interpretationẽ licet aliqui ex nouioribus sibi abscri pserint Primus omniũ sensit Fulgo, & post eũ probarũt Guillermus Budeus, Salominius, Zazius, & Corrasius, et eos sequutus Ioã. Orosius in d. §. vbi decretum. n. 40. & Altiatus. lib. 2. Parad. c. 3. & exactius cæteris explicat Rebard. lib. singul. pro trib. c. 8.

18 Ex quibus apparet quæ mixti imperij sunt ac per consequens executionem mandata iurisdictione transire vt sic cõstet. 2. rationem quæ ad confirmandam communem interpretationem nostri tx. adducitur, ei ex diametro, vt dicitur contradicere sed et prior non minus eam infringit cum ex supra dictis constet delegatum non esse functum officio suo quo vsque sententiã exequatur, & exequẽdi potestatẽ mandata iurisdictione transire, atque ita confodiuntur armis proprijs, qui communem nostri tx. interpretationem tuentur. Quibus cesit primus omniũ Anto. de Prato. veteri in. l. fi. ff. de officio eius docens delegatum iudicẽ posse suam sententiam exequi adductus septem rationibus quas recenset Feli. in. d. c. siquis contra clericum. n. fi. vbi probat Maria Soci & Altia. in Rub. n. 9. de officio eius & in. l. 2. nu. 10. de iu. omni. iud. Lõgoualius in repet. l. Imperium. n. 170. de iuri. omn. iudic. quorum authoritate & ipsa veritate suffragante non dubitarem hanc partem disputando defendere, & iudicando & consulendo amplecti. Cui non obstat hæc. l. in qua expresam esse communem sententiam putant fere omnes interpretes.

Nam primo respondetur in ea non prohiberi executionem delega-
19 to sed cumulatiue concedi ordinario cum ipso delegato, nam cum delegatus vice delegantis fungatur vt in. d. §. qui mandatam sententia delegati videtur lata a delegante, vnde quemadmodũ suam sententiam possit exequi ita sententiam a delegato latam exequitur quam interpretationem sensit glo. pen. in. d. c siquis contra clericum quam refert ibi Abb. in repetitione. n. 34. verum hæc interpretatio non conuenit verbis huius legis ex quibus euidenter colligitur necessitatem imponi ei qui iudicem dedit exequendi sententiam: quasi id dato iudici nullo modo concedatur, quod ex vera huius tx. interpretatione manifestius apparet, quæ talis est iuris consultum, hic non loqui in iudice delegato cui iurisdictio mandata est, sed in iudice dato, quod verba tx. explicãt manifeste hic ergo sententiam a se datam exequi non potest, quia iurisdictionem nõ habet, ille potest quia iurisdictionem habet licet mandatam, ad cuius interpretationis perfectam cognitionem sciendum est, prætorem & alios magistratus qui iuridicundo Romæ præerant, consueuisse iudices dare formulis præscriptis qui iurisdictionem non habebãt sed
20 notionem tantum, & cognoscendi iudicandique facultatem, iuxta formulam a prætore prescriptam quo pertinet. l. 1. ff. de iu. om. iu. ibi *Iudices litigantibus dare*. l. Imperium eod. tt. ibi. *Iudicis dandi licentia*. l. ait pretor vers. etenim sup. hoc tt. tx. in principio inst. de officio iudicis vers. ideoque qui quidem iudices nõ inuitis dabantur sed partium con

sensu

sensu aut sorte elligebantur, quos statim reijcere & recusare post sortitionem licebat, vt colligitur ex ellegāti loco. Plinij in panegirico *Sor (inquit) & Vrna iudicem assignat licet rejicere licet exclamare húc nolo*, & iuxta hæc intelligenda est .l. quædam .57. vers. & si forte .j. hoc .tt. .l. .2. .§. si iudex .l. obseruandum. 47. .l. si in iudicijs .80. .ff. de iudicijs l. ex cōsensu.23. .ff. de appellat & alia iura quæ adducit Molineus de indiuiduis 2. part. .n. 533. Hoto. de verb. iu. verbo iudex, formula autem dandi iudices ex probatissimis autoribus & ex multis iuris locis describitúr a Duareno in .l. iuris gentium .§. & ideo vers. actionem dandam .ff. de pactis tradit Corras. lib. 3. miscelane .c. 18 plenisime Anto. Corea Sasius Lusitanus doctus & diligens in cōmentarijs ad titulum primum libr. 5. ordinamenti portugaliæ n. 49. & sequētib. sed ante omnes hanc inter iudicem datum & delegatum differentiam obseruauit Albertus glosator Antiquus Fulgo. Imo. Aret. & Soc. quos refert Altia. lib. 2. parad. c. 5. explicat etiam Duarenus ad titulum de iurisdict. cap. 2. in princip. & in .d. .l. ait pretor & lib. .1. disputatio .c. 51. inde concilians .l. qui iurisdictioni. 10. .ff. de iurid. omnium iudicum cum lege in prauitis. 77. ff. de iud. vt hec in iudice procedat cui notio sine iurisdi-
21 ctione comissa est cum enim is secundum prescriptam a pretore formā debeat iudicare nihil vetat patrem in causa filij posse iudicem dari ex partium consensu vel sorte illa in ius dicente, qui ne gratia ductus a iustitia deflectat, iudicare aut ius dicere in sua vel suorum causa prohibetur. Neque me latet hanc interpretationem improbasse Cuja. in. 5. tract. ad Africa. in principio quadere ego latius alibi disputaui nunc propositam nostri tx. interpretationem prosequar secundum quam dicebam, iudicem datum a prætore vel alio magistratu non posse exequi sententiam a se latam quia notionem solum habet non iurisdictionem executio autem sententię ad iurisdictionem pertinet .l. iubere cauere .ff. de iur. om. iud. quo fit vt cum delegatus iudex iurisdictionem habeat licet non propriam vt .d. §. qui mandatam .l. cognitio. §. cum propriam .l. si eod tt. is posit exequi sententiam differt enim multum delegatus iudex, a dato de quo loquitur hæc .l. quanuis qui hæc non distingunt in varios incidant errores qui ex hac vera resolutione deteguntur.

Principio enim ex hac vera resolutione colligitur non recte accepisse
22 interpretes .l. ait pretor sup. hoc .tt. vbi Vlpianus ædictum pretoris declarans ait quod prætor ædixit se executurum sententiam illius qui iurisdictionem habet non satis apte dictum fuisse, cum melius dixisset, illius qui notionem habet. Atque ita probat ille tx sententiā iudicis notionem tantum habentis executioni mandari per pretorem in qua interpretatione conueniunt omnes, improponendo autem exemplo ad illa verba. *Cuius de ea re notio est.* non ita nam Accurs. in iudice delegato ea intelligit, sed vt ex supra dictis constat non recte, cum delegatus non solum habeat notionem sed et iurisdictionem quanuis hanc interpretationem conentur defendere Bart. Alex Ripa & Zazius ibi ex eo quia

dele-

delegatus non habet propriam iurisdictionem sed tantum alienæ iurisdictionis vsum & exercitium vt ex eisdem iuribus colligitur & ex l. more de iu. om. iud. Vnde verba illius tx. delegato conueniunt apte, qui propriam iurisdictionem non habet, pro qua interpretatione subtiliter expendit Alex. illa verba cuius de ea re iurisdictio est. Nam genitiuus ille proprietatem denotat l. locum §. 1. ff. de religio. & supt. fune. ergo prætoris ædictum de iudicibus ordinarijs, quorum propria erat iurisdictio loquebatur non de legatis qui aliena vtuntur iurisdictione vt constat ex dd. iuribus ex l. & & si prætor de off. eius l. solet de iur. omn. iud. de quibus loquitur Vlpian. notandum ait quod melius dixisset, prætor cuius de ea re notio est. Quoniam delegati licet iurisdictionem habeāt non tamen est eius propria sed aliena, hæc tamen inductio aperte conuincitur per tex. in c. in literis ibi *eius iurisdictio*, & in c. fi. *iurisdictio istorum*, extra de off. delegati vbi iurisdictio delegati licet aliena sit, eius tamen dicitur Quare idem Accurs. ponit exemplum in iudice arbitro qui iurisdictionem non habēt sed tantum notionem quod exeo est quia arbitri eligun tur a partibus nec maiorem habēt potestatem quam quæ ab ipsis eis cōceditur l. non distinguemus §. de offic. ff. de recept. arb. At priuatæ personæ non possunt tribuere iurisdictionem non habenti l. priuatorum. C. de iur. omn. iud. De his ergo intelligenda videtur Vlpiani nota ad ædictum, nam eorum sententia executioni mandatur l. cum antea l. ne in arbitris. §. fi. C. de arbit. & apud nos nō obstante appellatione aut reclamatione l. 4. tt. 21. lib. 4. recopil. hæc tamē interpretatio refellitur ex eo quia iure forur. non statur sententiæ arbitri neque ex ea datur actio neque exceptio sed tantum pœnę petitio l. 2. ff. de arbit. l. 1. C. de arb. sententia enim nō est l. quid ergo §. ex compromisso ff. de his qui. not. in fi. ideoque ab ea non apellatur l. dum proferre §. stari ff. de arbit. Quo fit vt quod de exequenda sententia iudicis notionem habentis traditur in dic. l. ait prætor non posit intelligi de sententia arbitri. Quod vero Iason. ibi num. 9. conatur defendere ad nouas Iustiniani constitutiones trahēdam esse decisionem d. l. ait prętor ridiculum est, neque enim ariolus erat Vlpian. vt quæ futura erant diuinaret. Neque hanc interpretationem adiuuat tx. noster in vers. arbitrorum qui alium habet sensum vt mox dicemus.

Quare his reiectis verissima interpretatio est Vlpianum loqui de iudice dato a prętore cum certa & perscripta formula secundum quam iudicare deberet. Hic enim notionem tantum habebat, vnde cum ædictum prętoris diceret se executurum sententiam illius iudicis cuius de ea re iurisdictio est, recte notat Vlpian. melius dicturum fuisse. Cuius de ea re nocio est, quoniam datus iudex ex defectu iurisdictionis non potest exequi suam sententiam sed exequitur magistratus qui eum dedit vt in nostro tx.

23 Secund. iusta eādem obseruationem commo de tractari post decisio l. vltimæ C. de iudicis circa cuius interprętationē ingens inter doctores orta

orta contentio est huc atque illuc lacerantes illa verba, *& executore negocii, cui mandata est huiusmodi causæ exactio imminente & statuta ab arbitris effectum mancipante.* Principio nanque glo. ibi. verb. æmancipante, cum putaret eum tx. loqui ibi in iudice delegato sententiam exequente varie eum interpretatur ne obstet receptæ interpretationi huius tx. quem quasi contrarium huic obijcit, sed nihil adducit quod ad dificultatis solutionem & exactam illius tx. interpretationem iuuet. Nam quod primo loco refert eum tx. loqui in delegato principis qui sententiam exequitur, nostrũ in delegato inferioris cui exequendi potestas non conceditur, scio placuisse Bart. hic. n. 2. & in eam sententiam frequentius itum esse secundum Fulgos. ibi. n. 2. Iaso. hic antiquiores referentem. n. 10. & Altia. in Rub. de officio. ordi. n. 37. Alex. in l., 2. n. 10. ff. de iur. om. iud. Feli in. c. significasti. n. 1. Detiũ. 2. & probant alij quos refer Menoch. d. quæst. 76. n. 49. & 50.

Sed vt interim omittam opinionem istam apud iuris interprætes esse valde controuersam vt agnoscunt authores supra citati & precipue Detius & Menochi. certe ijs qui a nobis traditam interpræctationẽ ad hunc tx. probauerint (probabunt autẽ vt spero omnes qui eam legerint) nulla ratione placere poterit nam si delegatus inferioris potest suam sentẽtiam exequi, frustra id delegato principis, cuius maior potestas est, specialiter tribui dicemus, sed & si daremus eam communem sententiam veram esse & in alijs iuribus probari attamen ex. d. l. fi. non bene deducitur cum in eo loquatur qui vel a principe vel ab inferiore datur iudex, vt priora illa legis verba ostendunt. *Cum specialis iudex siue ab augusta fortuna siue a iudiciali culmine datus est.* Quare ne alias cum molestia referam interpretationes, verissima, est, eum tx, loqui in executore qui cum iudice simul datus est iudex ad cognoscendum et diffiniendum: executor ad exequendum, potest enim & executio mandari. l. & si non cognitio C. si contra ius vel vtilitatem pub. vnde in questione agitata in. d. l. fi dubitatur an si iudex simul datus sit simul cũ executore, & iudex recusetur & arbiter iuris nominetur qui in locum recusati de causa cognoscat iuxta tx. in. l. apertissimi eiud. tt. an executor datus debeat exequi sententiam arbitrorum qui in locum iudicis recusati sub rogati & substituti sunt &. respondet debere, nam & si mutetur recusetur ve iudex, non tamen recusatur executor licet simul eidem liti addicti sint, remoto enim iudice non ideo executor remouendus est, atque hic. ẽ. verus sensus illorum verborum. *Et executore negocij cui mandata est huiusmodi causæ exactio imminente et statuta ab arbitris effectui mancipante.* Quæ verba male accipiunt interpræctes de iudice delegato de quo in nulla parte illius legis tractatur, sed de iudice dato simul cum executore qui sententiam iudicis dati exequitur, aut eo recusato sentenciam arbitrorum qui in ipsius locum suffecti & subrogati sunt, quam interpræctationem sensisse videtur Duarenus hic. & expræsit Cuja. lib. 9. obseruationum. c. 23. totam illius legis seriem & contexturam exacte declarãs, vnde colligitur primo errare Menoch. in. d.

quęst.

quæst. 76. num. 50. & 51. qui verbum. *Executore negotij.* De quo in d. l. apertissimi & in d. l. vlt. accipiebat de ipso negotij cognitore, qua si alias aduersetur nostræ legi. Sed certe verbum, executore, non patitur hanc expositionem, neque in sua propria significatione acceptum, quicquam inducit quod aduersetur nostræ legi in qua denegatur executio sententiæ iudici dato non vero executori specialiter ad hoc deputato.

Secũdo infertur quod si in d. l. vlt. executor datus non fuisset, executio sententiæ ad eum qui iudicem dedit esset referenda, vt in nostro tx. siue sententia lata fuisset ab ipso iudice dato, siue eo recusato ab arbitris qui in ipsius locum sub rogati sunt.

Ex quo deducitur vera interpretatio nostri tx. in verbo. *Arbitrorum.* quod iunctum his quæ sequuntur. *Qui eos dederunt.* Probat apperte quod
24 quemadmodum iudicis dati sentẽtiam exequitur iudex qui eum dedit, ita etiã sententiã arbitri: quod in arbitris compromissarijs interpretatur communis, quam resoluit hic Iaso. num. 4. adijciens hoc procedere eo casu quo sententia arbitrij per consensum tacitum vel expræssum executionem meretur iuxta l. pen. C. de arbitr. verum, hæc interpretatio defendi non potest. Primo quia id quod de exequenda sententia arbitri traditur in d. l. penult. noue fuit statutum a Iustinian. Vnde ad rescriptum diui Pij de quo agimus trahi non potest illa decisio. Deinde quia cũ arbitri cõpromissarij eligantur a partibus etiam iure nouo sententia ab arbitris lata nõ mãdabitur executioni per eos qui arbitros elegerunt Vnde illa verba. *Exequantur hi qui eos dederunt.* Quæ ad præcedẽtia referri debent per regulam l. talis scriptura ff. de legat. 1. nõ æqualiter determinarent iudices datos & arbitros contra vulgare axioma. l. iam hoc iure ff. de vulgari l. quamuis C. de impuber & alij subit.

Quare vera interpretatio est verbum. *Arbitrorum.* Non esse intelligẽdum de arbitris qui a partibus nominantur sed de alijs qui a iudicibus dantur, & vocantur arbitri iuris de quibus in l. apertissimi & in l. fi. C. de iudicijs in l. arbitro. qui sat. cog. quales sunt arbitri fam. erciscũdæ l. 1. ff. de col. dot. l. si filia nupta 20. l. inter cohæredes §. vsu. fructu l. in iudicio 47. l. Mæuius 52. §. arbiter. ff. fam. Ercisc. l. in ipsius l. si diuisionẽ l. cohęredibus C. eod. l. 2. C. de in offici. donat. & arbiter communi diui. l. 4. ff. de serui. leg. l. officio 26. ff. communi diui. l. 3. §. 1. sup. de operis noui nunciatio & arbiter pro socio vt in l. pro socio. 38. ff. pro socio. Hi ergo arbitri & alij a prætore nominabuntur quemadmodum & iudices inter quos licet esset ea differentia quod iudices secũdum præscriptam a prætore formam iudicare debebant, arbitri vero quod æquum & bonum videretur vt, colligitur ex Cicero. in Oratio. Pro Roscio Comędo; in hoc tamen conueniunt vt neuter posit suam sententiam exequi sed his qui eum dedit aut executor specialiter ad hoc deputatus vt in d. l. vlt. C. de iudicijs vt sic merito eos coniungerit rescriptum Diui. Pij.

25 Tertio ex superiori resolutione infertur interpretatio ad tx. in auth de,

de exibēdis reis §. si vero vers. ne igitur quem glo. Bart & reliqui addu-cũt quasi cõtrariũ cõmuni interpretationi nostri tx. quã dum defendere conãtur varias ad eũ tx. asignant interpraetationes. Principio enim glo hic verbo (a se) in vltimis verbis eũ accipiebat in iudice ordinario, quã tamen interpraetationem quasi contrariam verbis illius tx. reijciũt Bart & caeteri qui in eam sententiam frequentius conueniunt vt, tx. ille procedat in delegato principis qui iuxta communem quam supra reso ui potest exequi sententiam, cui interpraetationi suffragari videntur illa verba *Siue ex sacra iussione.* Per quae hanc interpretationem defendit & resoluit communen Menoch. d. q. 76. n. 52. sed non minus quam superior cõ uincitur ex verbis eiusd tx. qui de iudice dato ab inferiore loquitur ibi. *Si vero non administret sed datus sit a quodam iudice.* Neque obstant sequentia verba. *Siue ex sacra forma aut iusione.* Nam significant, iudicem datum fuisse ab ordinario iusu principis. Solebant enim litigantes qui volebant summatim vel alio modo de causa cognosci, per suplices libellos principem rogare vt per rescriptum iuberet iudicẽ ab ordinario dari, qui summatim, vel quomodo petitum fuerat, cognosceret, hoc ergo rescriptũ sacrae formae iusionisque nomen habebat de quo in authent. de litigiosis §. omnem ver. si vero & in .l. 1. §. denique de appellat. in .l. fi. ff. quis & a quo appelletur tradit Altia. lib. 2. Parad. c. 5. de his ergo iudicibus qui iusu principis dantur ab inferioribus loqui tx. in d. §. si vero ostendunt illa verba. *A quodam iudice siue ex sacra forma aut iusione.* Atque ita corruit recepta illius tx. interpraetatio.

Sed neque magis admittenda est alia glo. ibi in verbo iudex ver. nam non mittit, docentis iudicem ibi non exequi sententiam sed pronũtiare exequendam. Executio autem ad iudicem qui eum delegauit remittitur. Quae sententia cõmunis est secundum Ias. hic. n. 23. Sed conuincitur manifeste ex d. §. si vero vbi iudex nõ modo pronuntiat super misione in possessionẽ. Sed actualiter mittit vt ostẽdunt illa verba. *In possessionem mittat actorem rerum eius secundum mensuram declarati debiti.*

Quare ego pro vera interpraetatione illius tx. obseruo male ab interpraetibus confundi versiculum, si vero non administret cum ver. igitur ne latitante, quasi vtrobique de executione facienda per delegatum tractetur, quod falsum est. Nã ille tx. in vers. si vero, agit de exhibitione rei qui in iudicio sisti promisit, & peierauit, docetque eũ requirẽdũ esse & ducẽdũ in iudiciũ manu iniecta, vel iusu iudicis cuius iurisdictio est, hũc enim vocat Iustin. administratorẽ. Si vero iudex datus sit, debet deferre ad iudicẽ qui eum dedit, quę sententia quadrat verbis illius tx. & secũdũ eam conuenit cum nostro tx. qui executionẽ sententiae remittit ad eum qui iudicẽ dedit, quemadmodum in d. §. si vero, qui & si loqueretur de iudice delegato vt exponit glo. ibi ver. datus, adhuc male allegatur cõtra cõmunẽ huius tx. interpraetationẽ, cũ ibi iudici delegato nõ permitatur executio sed remittatur ad dellegantẽ. Quod cõi. sentẽtiae omnino cõ-

B uení

uenit tantum abest vt ei aduersetur.

Quod vero attinet ad vers. *Igitur ne latitante*, Obseruo missionem in possessionem ibi fieri ab ordinario vt recte notat Cuja. in nouella 53. col. 2 ad medium quoniam per iudicem datum qui iurisdictionem nõ habet id expediri non poterat iuxta ea quæ Paulo ante tradiderat Iusti. in vers. si vero, neque aduersatur id veræ sententiæ quam defendimus scilicet delegatum iudicem non posse exequi suam sententiam quoniã ille tx. non loquitur in delegato iudice cui exequendi facultas non conceditur iuxta supra tradita.

26 Quarto deducitur non recte docere eos qui differentiã constituunt inter ius canonicum & ciuile tradentes iure canonico posse delegatum suã sentẽtiã exequi iure ciuili nõ posse gl. in c. quisquis. 2. q. 6. Abb. in c. si quis contra clericũ de foro cõpetenti in lect. n. 32. & in rep. n. 39. Vbi dicit communẽ Aret. n. 36. Soci. 14. Detius in c. significasti n. 1. Alex. hic. n. 6. Vincent. 29. & alij quos refert. Menoch. d. q. 76. n. 37. Cõstat enim ex superioribus iure ciuili delegatũ suam sententiam posse exequi, quo fit vt multo magis cauendum sit ab Hostiense Ioa. Andrea & Speculato. quos refert Alex. d. n. 6. dum docent, iure canonico denegari delegato executionem sententiæ per tx. in c. quo ad translationẽ de offi. deleg. quo probari putant ea quæ mixti imperij sunt, non venire in generali delegatione & consequenter neque executionẽ sententiæ quæ huiusmodi est, vt in d. l. iubere cauere. Sed cum iure ciuili executio concedatur delegato & iure canonico idem dici debet arg. c. 1. & 2. de noui. op. nun. quinimo id expræsa iuris canonici decisione cauetur in c. cum venissent de eo qui mittitur in possessionem neque enim verum est iure canonico ea quæ mixti imperij sunt non posse delegari cum secundum veram sententiam quam supra resoluimus & iure ciuili posint, iure autẽ canonico id non modo verius sed & receptius est vt ad multorum iuriũ interpretationem plenisime resoluit Couar. lib. 3. variar. c. vlt. Neque contrarium probat tx. in d. c. quo ad translationem quia loquitur de his quæ principi erant reseruata ideoque mandata iurisdictione non transferuntur.

27 Quinto infertur non esse veram communẽ traditionem quæ docet iure ciuili speciali priuilegio delegato principis permitti suam sententiã executioni mandare per legẽ vltim. C. de iud. iure vero canonico sine vllo priuilegio id põtificis maximi delegato esse cõcessum ex. c. significasti & ex. c. querẽti. de offi. delleg. c. pastoralis. §. præterea de offi. ord. tradit Bart. hic. n. 2. Alex. 5. Ias. 10. Alt. in Rub. de offi. ord. n. 12. Sed cũ delegato inferioris ex iuris principijs hoc cõcedatur a forciore sine aliquo priuilegio delegatis, a principe erit concedendũ. Qua etiã ratione cõprobatur sententia Bart. hic. n. 13. docentis sub delegato alegato principis licere suã sententiam exequi per tx. in l. vnica C. qui pro sua iurisdictione. Sed improbant plures relati a Ias. hic. n. 22. Alex. in l. 1. n. 83 ff. de offi. eius cui ma. est iur. qui ea ratione mouentur quia priuilegia

conces-

concessa delegatis a principe non transferuntur ad eorum subdelegatos c. super quæstionum vers. nos de officio deleg. At delegatis a principe speciali priuilegio conceditur executio, ergo subdelegatis concedi non debet, verum sententia Bart. virissima est non quidem eo quo ipse ducitur fundamento nã d. l. vltima alium habet sensum quem scribit hic Iaso. n. 23 sed potius ex supra tradita resolutione quia scilicet cuilibet iudici cui mandatur iurisdictio. censetur etiã mandata executio. Ex quo facile resoluitur argumentum quo mouentur contrariæ sententiæ authores cum non ex speciali priuilegio cõpetat executio delegato principis, sed ex ordinarijs iuris regulis ipsi & cuilibet alij iurisdictionẽ habenti, siue propriam siue mandatam. Quo fundamento confunditur sententia specula. in tt. de executione sententiæ §. nunc dicendum in principio. docentis tunc solum permitti delegato executionem sententię cum ei specialiter fuerit commissa, resoluit communem Cagnolus in l. nemo potest. n. fi ff. de reg. iur. Iul. Clarus, lib. 5. sententiarũ q. 41. docens totum hoc negocium consistere in delegationis tenore, quod tamẽ falsum est cum quãtum cũque simpliciter causa delegetur executio sententiæ mandata videatur, nisi expræsse fuerit denegata.

28 Sexto superioribus annecti potest, quæstio inter iuris interprætes cõtrouersa neque explicata satis, an delegatus inferioris pro sententiæ suæ executione indicere mulctam possit, in qua Alex. hic num. 6. in fi negatiuã partẽ tuetur, tum ex nostro tx. secundũ cõmunem interpraetationẽ tum etiam ex l. 2. §. vlt. ff. de iuditijs. Quia mulctæ indicendæ ius his solis conceditur quibus publicũ iuditium est, non alijs, nisi hoc eis specialiter fuerit permissum quem tx. relictis expositionibus glos. sic. explicant Paul. & Iacob. vt habentes iurisdictionem ordinariam possint mulctam dicere, habentes delegatam non possint, nisi specialiter eis cõcessum fuerit. Denique facit tx. in l. aliud est fraus § inter mulctam ff. de verb. sign. ibi *Magistratus enim solos & præsides prouintiarum posse mulctam dicere mandatis permissum est.* Quibus & alijs argumentis hanc partem defendit & dicit cõmunẽ Ias. hic. n. 24. Reb. varie limitans in d. §. inter mulctam Menoch. in d. quæst. 74. num. 7. qui contrariæ partis fundamẽtis connatur satisfacere. Vltra quos potest & pro hac parte induci tx. in l. eos C. de modo mulcta. vbi ordinarijs permittitur mulctas indicere. Vnde inferunt aliqui delegatis non concedi, quasi inclusio vnius sit excusio alterius l. cum prætor ff. de iud. induci & pro hac parte potest tx. in l. vnica. C. si quis ius dicenti non obtempera. Vbi omnibus magistratibus non tamen duum viris licet pœnali iudicio iurisdictionem suã defendere.

Sed his non obstantibus cõtrariã sententiã, delegatis scilicet ius mulctę indicendę esse, defendit Butrius in c. de causis de offi. delegati & alij quos refert, & sequitur Lõgoualius in d. l. imperium numero 172. & iuuenalis ibi numero 29. Pro qua sententia in primis facit l. omnibus

C. de sportulis ibi. *Delegandas lites accipiunt*. Iunctis illis verbis. *Vel etiam mul ctis afficere.* Rursus facit tx. in l. 2. ff. quis & a quo apelletur vbi legato procõsulis conceditur mulctam indicere. Et tamen certum eum non habere merum imperium l. solent. De officio procons. ergo sufficit mixtum ad inducendam mulctam quod in delegatum pro consulis transire supra ostendimus. Neque satis facit interpraetatio Goueani lib. 1. variar. c. pen. & in l. 1. ff. de iur. omn. iud. accipientis eum tx. in leui mulcta quę non est loco pœnę sed coertionis per quam suam exercere iurisdictionem posit legatus l. vlt. ff. de officio eius hanc enim mulctam cuilibet indicere permittitur tradunt glo. & Bart. in l. 1. C. si quis ius dicẽti non obtemperauit vbi dicit receptum Alex n. 51. Curt. 15. Paul. in d. §. fi. quomodo intelligitur l. Defensores De defenso. ciuitat.

Verum hęc interpretatio non male refellitur a Menoch. d. quest. 74. n. 16. eo quod ibi appellatio admittitur quę ostendit mulctam esse ad pœnam l. & in mulctis C. de appel. alius enim non admitteretur si ob solam contumatiam mulcta imponeretur l. 1. c. quorum appellationes nõ recipiantur, & quanuis Goueanus contendat ibi non cognoscere prætorẽ per viam appellationis sed per viã querellę de iniquitate mulctæ, hoc tamen admitti non debet ex rationibus traditis a Menoch. d. n. 16. Tum & ex ea quia ibi appellatio ad mittitur ad pro consulem nõ tanquam a dellegato ad delegantem, hæc enim non admiteretur vt in l. 1. §. ab eo eiusd. tt. Sed tanquam ab eo qui iure proprio habet iurisdictionem secundum veram interpraetationem, quam scribit Cuja. lib. 7. obs. c. 21. superest vt quæ pro communi adducuntur fundamenta dilluamus. Primum ex nostro tx. leue est cum nitatur communi interpraetatione quã improbauimus, immo secundum veram quam defendimus retorqueri potest pro nostra sententia nam cum iudici delegato permittatur sententiam suã exequi quod mixti imperij est, & mulctæ indicendę ius permissum censeri debet.

29 Non etiam obstat l. 2. §. vltim. ff. de iudicijs nam omissa interpretatione Iuuenalis in d. l. imperium n. 21. vera est ibi non denegari delegato potestatẽ exequendi sententiam, nam quod dicitur illis solum concedi quibus publice iudicium est, sic exponendum est. Id est qui ius dicunt & iurisdictionem exercent quod delegatos comprahendit qui iurisdictionem habent licet non propriam, mandatam tamen, vnde quę magistratibus competunt ratione iurisdictionis vel mixti imperij qualis est mulctę indictio & in delegatos trãsit, quod sensisse videtur. Alcia. in d. l. aliud est fraus. n. 21, facitque tx. ibi *Adiudicatio est.* Quod verbũ pertinet ad secundum decretum vt notat Bart. in l. si finita §. Iulianus num. 42. ff. de dam. infi. quod sine dubio pertinet ad mixtum imperiũ l. liberi de iurisdictione omn. iud. ex mente igitur iurisconsulti in d. §. fi. constituenda est reg. Mulctam non posse imponi nisi ab eo qui habet merum vel mixtum imperium. Vnde colligitur a delegato magistratis in quem ea quę mixti imperij sunt transferuntur mulctam posse imponi.

imponi.

Neque ab hoc iure excludit delegatos quod j. C. scribit in d. §. Inter multam *Magistratus solos & præsides prouintiarum posse mulctam dicere.* Nam cũ ea quę iure magistratus competũt delegari posint l. 1. in principio ff. de offi. eius cõstat ius mulctę dicendæ quæ iure magistratus competit in delegatum transire atque ita retorquætur ille tx. contra communem.

30 Neque etiam obstat tx. in d. l. eos C. de modo mulctarum in qua nõ excluduntur delegati & vt Iuuen. considerat in d. l. imperiũ num. 21. in eo tt. agitur de imponendis mulctis ractione delictorum quæ ad iudices ordinarios pertinent & longe differunt ab his mulctis de quibus in proposita quæst. tractatur.

Denique quod scribitur in d. l. 1. ff. si quis ius dicenti nõ obtemperauerit faciliorem habet solutionem ad quam exponendam constituo nõ

31 conuenire omnes Codices circa literam illius tx. in quibusdam enim sic legitur *Omnibus magistratibus non tantum duum viris licet pœnali iudicio iurisditionem suam defendere.* Secundum quam literam probat ille tx. etiam magistratibus municipalibus mulctæ imponendæ ius esse duum viri enim magistratus erant municipales vt communis ibi exponit & probat l. 4. §. sup. de dam. inf. & l. fi. ff. de iud. licet aliter exponat Alt. li. 3. dispũct. c. 5. & in l. pupillus n. 32. ff. de verbo sign. Si ergo magistratibus municipalibus competit ius mulctæ indicendę multo magis competit delegatis a magistratibus populi Romani qui maiorẽ habent potestatẽ.

32 Sed ea lectio falsa est & sententia ex ea deducta, ius. n. multæ imponẽdæ magistratibus municipalibus non competit cum non habeãt ea quę mixti imperij sunt l. ea quæ ff. ad municip. & comprobatur ex varijs bonorum authorum testimonijs adductis per Briso. libr. 2. select. antiq. c. 4.

Neque contrarium probat d. l. 1. cuius vera lectio est. *Non tamen duum viris.* Secundum quam non obstat ille tx. sententiæ quam defendimus quia licet magistratibus municipalibus denegetur ius mulcte imponendę non tamen ex hoc sequitur idem esse in delegatis a magistratibus Romanis cum in hos mixtum imperium transeat in illos non ita.

33 Ex superioribus apparet verus nostræ legis sensus, multorum iuriũ interpretatione & variarum quæstionum resolutione exornatus, sed vt nihil intactum relinquatur ex his quæ ad huius legis ornatum Bart. adducit supererant discutiendæ duæ quæstiones valde controuersę. Altera an commissa cognitione, sententia etiam videatur cõmissa. Altera an is cui mandatur executio. aliqua causę cognitio mandata videatur, & quasi exceptiones contra executionem posit admittere. Sed quoniam prior explicatur late a Menoch. lib. 1. de arbit. q. 37. & posterior in § sequenti commodius tractabitur, visum est principium hoc longiori cõmentario non onerare.

Ad §. sententiam Romę.

Summarium §. sententiam.

L. a Diuo Pio.

1 Duplex lectio huius §. proponitur et declaratur

2 Vbi ceptum est iudicium ibi finem accipere debet quo modo accipiendum sit.

3 Interpraetatio l. si vnus §. is qui ff. debon. autho. iud. posset tx. in hoc §. sententiam Romae.

4 Communis interpraetatio l. properandum §. sin autem reus C. de iudicijs refellitur et vera traditur.

5 Multiplex interpraetatio l. argentarium §. fi. ff. de iudicijs refelitur.

6 Roma communis patria quai e dicatur ad interpraetationem l. Roma ff. ad municipalē et declaratur contra communem l. in orbe ff. desta. hom.

7 Interpraetatio c. fi. de foro compet. et c. ad Romanam secund. quest. 6.

8 Iudex exequi debet sententiam alterius si legitime sit requisitus non alias.

9 In loco contractus sortitur quis forum si ibi inueniatur non si eius bona, declarata l. titium et Maeuium §, 1 ff. de adm. tut. sed l. legibus Hispaniae et Purtugaliae sufficit bona in veniri in loco contractus.

10 Haeres conueniendus est vbi defunctus.

11 Vera interpraetatio l. argentarium. §. fi. noua consideratione confirmata.

12 Non potest iudex vnius territorij exequi sentētiam alterius sene literis requisitorijs explicata l. secund. tt. 21. lib. 4. recop.

13 Instrumenta pulica an habeant paratam executionem iure communi, refellitur vulgaris allegatio. l. miaor 25. annis. cui. ff. de mino.

14 Noua interpraetatio l extat ff. de eo quod metus causa reiecta interpraetatio. Perezij.

15 Nouis rationibus probatur instrumenta publica iure ciuili Roma non habuisse paratam executionem.

16 Hispaniae et aliarum gentium legibus instrumenta publica executionem merentur et duplici ex capite ostenditur correctam esse l. minor 25 annis.

17 Publicum instrumentum sine literis requisitorijs executioni mandatur per quemcūque iudicem qui ratione rei personae aut contractus Competens est ex Bart. doctrina quae vtiliter declaratur.

18 An in delictis locum habeat remisio et per quos iudices puniri posit delinquens vere explicatur, improbatis quorundam traditionibus.

19 In furto remisio faciēda est contra Bart et alios declarata l. si dominium ff de furtis.

20 Inter iudicem ecclesiasticum et secularem mutuum auxilium prestandum est per literas requisitorias.

21 Merus executor a mixto quo differat declarata l, si vt proponis et l. executorem C. de executio. rei. iud.

22 Merus executor non habet causae cognitionem, mixtus habet.

23 Exceptiones quae directo oppugnant sententiam non possunt eius executioni opponi, quae restringunt possunt, conciliata l. Nensenius §. in solidum j. hoc tt. l. cum fidei commissum ff. de confessis cum l. fidei iusores §. idem respondit ff. de fidei ius. l. ex di uerso §. fi ff. sol. mat.

24 Exceptio deductionis expensaruuu opponitur executioni sententiae.

25 Exceptio opposita in processu nō potest opponi executioni sententiae nisi cum de ea non est cognitum et pronuntiatum declarata l. sin aut. §. fi ff de nego gest.

26 Exceptio compensationis executioni opponitur iur. comuni et regio.

27 Communis interpraetatio l. tamet si ff ad Macedo refellitur et noua tradditur.

Finis.

1 ARIA est huius §. lectio, nã in pandectis Florentinis sic legitur, *Si iussi fuerint.* Quam lectionem veriorem esse agnoscit Couar. in practicis quæst. c. 10. n. 2. ad fin. sed in vulgatis codicibus, *Si visum fuerit.* Quæ lectio licet superiori aduersari videatur cum voluntati iudicis exequẽtis videatur permitere executionẽ, prior necessitati, re tamẽ subtiliter expensa eundẽ habet sensum silicet præsides prouintiarum ita demum posse exequi sententiam Romæ dictã si eis mandatũ fuerit ab ijs qui iudicarunt, quę sententia secundũ literam Pandectarũ Florentinarũ aperte exprimitur. Sed & secũdũ cõmunem non minus apte. Nam verba, *Si visum fuerit.* Non sunt referenda ad præsides que exequuntur sententiam, sed ad magistratus, vt bene aduertit Bart. & Alex. hic n. 5. & Duaren. in princ. Suarez in l. post rem iudicatam q. 5. infra hoc titulo.

2 Sed aduersus hanc decisionem præstat rationem dubitandi quod pro regula traditum est in iure litem coram vno iudice ceptam non posse apud alium finem accipere l. vbi ceptum ff. de iudic. l. 1. ff. de offi. cons. At lis non potest dici finita donec executioni mãdetur c. in literis de offi. deleg. Ergo sententia non potest executioni mandari per alium iudicem quam eum qui protulit.

Accedit his decisio l. vnus §. is qui ff. de bon. auth. iud. poss. vbi decretum vnius magistratus vltra fines prouintiæ quam regit non porrigitur, est enim extra prouintiam suam priuatus l. 3. ff. de offi. presidis c. nouit de iud. ideoque si tanquam iudex procedat ei non paretur l. fi. de iur. omn. iud. c. fi. de const. Atque ita videbatur magistratum non posse compellere præsidem prouintiæ vt sententiã exequeretur sed hęc tunc procedunt cum visus iudicis qui iudicauit non interuenit, nam eo interueniente nihil impedit quod possit iudex alterius territorij in quo inuenitur reus, vel res super qua, lis ãgitata est, exequi sententiam. Quia cum executio fiat ad præces iudicantis per ipsum fieri videtur arg. l. vnũ ex familia §. si de falcidia. ff. de leg. 2. l. cum essent §. fi. iuncta interpretatione glos. magnæ. vers. solutio. ad vtranque ff. de seruit. rusticor. atque ita per eundem dicitur lis finiri a quo cepta est, vt recte obseruat
3 Bald. in l. vlt. n. 48 C. de edict. D. Adr. tol. Vnde colligitur solutio ad d. l. si vnus §. is qui, procedit enim vbi quis per se vel per suos apparitores vellet executionem facere in alieno territorio quod ipsi nõ licet. Ceterum rogando iudicem per literas quas vulgus vocat. *Requisitorias.* Bene potest iuxta tx. hunc quem sic interpretatur glos. in l. properandum § sin autem reus C. de iud. verb. ad maiorem & glos. fi. in l. cũ quædam puella ff. de iur. omn. iud. & est cõmunis interpretatio secũdum Alex. hic num. 5. Socci. paulo, post princ. Curt. Iunio, in l. hæres. absens §. 1 num. 5. de iuditijs Ias. in d. l. cum quædam num. 18. Cæpol. in Cons. crim. 59. Suare. in d. l. post rem q. 5. & tanquam receptum & in praxi admissum tradit Couar. in practicis quæst. 10. num. 2. & iure regio approbatur per l. 1. tit. 27. parr. 3.

4 Iusta quam interpretationem accipiendus videtur tx. in d. l. properandum § sin autem reus in illis verbis. *Siue ipse iudex ex sua iurisdictione hoc facere potest siue per relationem ad maiorem iudicem hoc referatur.* Quæ verba sic interpretantur Paul. ibi n. 4. Ias. 2. vt iudex vnius territorij non possit alterius sententiam exequi nisi per literas requisitorias quasi hoc significet verbum per relationem & sequuntur alij quos refert & sequitur Bernar. Diaz in reg. 368. verum hæc interpretatio non conuenit illis verbis ad maiorem iudicem quia vbi executio fit per literas requisitorias non est necesse vt ad maiorem iudicem derigantur, sed par vel inferior potest exequi, sic enim Romanorum magistratum sententias executur præsides prouintiarum, qui maiores iudices non sunt vt ex hoc tx. apparet.

Quare ego verius esse existimo tx. in §. sin autem reus procedere in iudice nullam iurisdictionem habente qui licet notionem habeat & iudicandi facultatem exequi tamen sententiam non potest vt in iudicibus datis diximus in principio huius legis, is ergo si contra reum sententiã proferat, ad maiorem iudicem executionem referre debet, id est ad magistratum qui eum dedit, quæ interpretatio satis colligitur ex illis verbis *Siue ipse iudex ex sua iurisdictione hoc facere post.* Quibus sequentia opponuntur quæ ostendunt iudicem de quo in illis agitur iurisdictionem non habere.

Vnde constat diuersam esse sententiam illius tx. ab ea quam in hoc tx. probari diximus secundum receptam interpretationem.

5 Cui tamen obijcitur l. argentariũ §. fi. ff. de iud. vbi prouari videtur iudicem alterius territorij sine his literis posse exequi sententiam contra suum subditum latam?

Neque admittenda est opinio illorum qui existimãt nostrum tx. procedere quando ratione rei alibi facienda est executio quam vbi lata est sententia, tx. vero in d. §. fi. quando ratione personę quasi tunc iudex competens ratione domicilij posit eam executioni mandare sine literis requisitorijs, id enim falsum est & merito communiter improbatur nã siue ratione rei siue personæ alibi facienda sit executio quam vbi sententia lata est non poterit fieri per alium iudicem nisi iusu illius qui eam tulit vt ex vera interprætatione nostri tx. iuncta ratione decidendi supra asignata colligitur. Quam opinionẽ placuisse video Bart. .h. n. 1. Alex. 6. Feli. in c. postulasti. n. 11. de foro comp. quare aliter respõdit Paul in eo d. §. fi. n. 2. eum tx procedere cum agitur via ordinaria per actionem in factum aut iudicati, quo casu sine literis requisitorijs potest agi, nostrum verum cum agitur via executiua per officium iudicis verũ hãc solutionem falsam esse conuincitur ex his quæ dixi in princ. huius l. n. 3. & 6. vbi ostendi ad executionem sententiæ agi per actionem iudicati eamque solam competere ex sententia, neque necesse esse recurrere ad actionem in factum.

Vnde

Vnde alij speciale esse dicunt in executione facienda Romæ quæ sine literis requisitorijs potest fieri, quia patria cōis Roma est l. Roma ff. ad municip. ideoque quilibet ibi cōueniri potest vt notat ibi glo. & in l. 2. §. fi. v. accipere ff. de iud. & in l. Hæres absens §. penult. vers. defendere eod & in c. fi. glo. fi. de foro comp. vbi Mar. soc. n. 65 dicit communē adijciens rationem quia Roma caput erat mundi.

6 Sed & hæc interpretatio falsa est in qua illud in primis repræhēsione dignum inuenio, quod dicitur Romam communem patriam esse eo quod caput esset orbis cum sit longe verius illud procedere ex constitutione Diui Pij secundum quam omnes subditi imperio Romano, fuerunt effecti Ciues Romani, vt in aut. vt liberti de cætero §. fi. col. 6. l. in orbe ff. de statu hom. secundum veram literam quam restituit & explicat Altia libr. 2. disp. c. 21. & libr. 4. par. 65. Pinel. in Rub. c. de bon. mat. 2. p. n. 11. quod nō allegata d. l. in orbe dixerat glo. in d. l. idem in potestate ff. de his qui sunt sui vel al. iu. & in §. fi. verbo Romanorū inst. de patria post, quemadmodum ergo potest quis conueniri vbi ciuis est licet alibi habeat domicilium l. Ciuis C. de incolis lib. 10. ita & Romæ poterit cum iura ciuitatis habeat ex Diui Pij constitutione quod in specie probat tx. sic intelligendus in l. nec non in §. 1. ff. ex quibus caussis maiores, quo fit vt cum in vsu non sit Diui Pij cōstitutio & ij soli Romani ciues habeantur qui Romæ degunt, vt obseruat glo. 1. in c. prouincialis de verborum sig. & in d. aut. vt liberti de cætero §. fi. v. donauit. Iam hodie Roma nō dicetur cōmunis patria neque ibi poterit quilibet conueniri correcta d. l. Rom. quod. licet alia ratione moti. docuerunt Abb. Imol. & Felin. in c. vlti. de foro. com. Vnde cauendum est a Siculo ibi num. 1. Anan. 7. Mantua. 71. Paulo. 2. Iob. 4. in d. l. 2. §. fi. docentibus vigere adhuc decisionem d. l. Roma. quæ neque iure Canonico admitti debet quamuis id plerique existimauerint per tx. in c. fi. de foro comp. ad cuius veram interpretationē obseruandum, est decisio-

7 nem de qua ibi, non procedere ratione loci sed personæ quia summus Pontifex in vniuerso orbe habet iurisdictionē c. cuncta per mundum c. principale 9. quæst. 3. & omnium ordinarius est & cū illis concurrit c. duo sunt 96. d. c. ego ludouicus 63. d. c. solitæ de Maio. & obed. c. ego. n. de iure. iu. c. vbi periculū §. 1. de elect. in 6. Vnde corā summo Pont. tāquā proprio iudice quilibet potest cōueniri vbicūque ille fuerit nam vbi est Sum. Pont. ibi est sedes appostolica c. 2, de præb. in. 6. Vbi Dominicus n. 5. quinimo & Romana sedes vt notat Ino. in d. c. ego enim & ibi Feli. n. 9. Gomez in § fuerat n. 5. de actio. Tiraq. de nob. c. 31. n. 4. Zoanctus de Rom. imperio lib. 1. n. 131. & 142. Carol. Sigonius lib. 1. de antiquo iure populi Roma. c. 7. Couar. in pract. c. 4. n. 10 docens idem obseruandum esse in curia regis secundum quam resolutionem declarandus est tx. in c. ad Romanam. 1. & 2. q. 6. vt nō solum procedat vbi Romæ residet summus Pontifex sed vbicunque ille fuerit, nam & ibi dicitur Romana sedes. Ex quibus constat rationem d. l.

Roma veram non esse sed eam quam mox asignauimus. Quæ non adiuuat interpretationem supra traditam ad l. argentarium §. fi. quia licet Roma communis sit patria, non tamen in de sequitur posse sententiam alibi latam Romæ executioni mandari, sine iussu iudicis qui sententiam tulit, quia & si vere esset patria rei condemnati adhuc tamen militaret in conueniens d. l. vbi ceptum & rationis asignatæ ad nostrum tx.

Rursus ea interpretatio conuincitur ex eo quia tx. in §. fi. nihil habet speciale ex eo quod Romæ fiat executio cum in specie ibi proposita & in quacumque alia ciuitate posset fieri secundum ordinarias iuris regulas.

8 Quare ad veram illius tx. interpretationem obseruo iudicem alterius loci quam vbi lata est sententia ita demum debere eam exequi ad requisitionem illius qui eam tulit, si modo iuste fuerit requisitus, velut si reus contra quem executio fieri debet, vel res in qua facienda est, sit in territorio iudicis requisiti vt in autent de exibendis reis §. si vero & in auth. vt differentes sint iudices §. 1. alias enim posset iudex requisitus suum auxilium denegare vt resoluit Coua in pract. c. 10. nu. 2. ad fin.

9 Secund. præmitto contrahentes ratione contractus sortiri forum ita demum si ibi inueniantur l. heres absens §. 1. de iudi. c. Romana §. contrahentes de foro comp. lib. 6. alias enim & si eorum bona ibi inueniantur nõ poterunt conueniri vt in ijsdem iuribus, & notat post alios Ripa. in c. 1. n. 66. de iuditijs Cuma in l. Titium & Mœuium §. 1 de admi. tuto.

Vnde cauendum est iure communi attento a contraria sententia Bart. & Albe. in d. l. heres absens. §. 1. Alex. in l. si conuenerit n. 10. Iaso. 39. ff. de iur. omn. iud. qui docent posse reum conueniri in loco contractus si eius bona ibi inueniantur per tx. in d. l. Titium & Mœuium §. 1. qui tamen eam non probat quoniam argumentum quod a contrario desumitur ex illis verbis. *Neque eorum prædia.* In hunc sensum summẽdum vt si prædia habeat qui in loco contractus posit aduersarius mitti in possesionem ex. 1. & 2. decreto non tamen procedi ad seniam diffinitiuam: quanuis in his regnis opinio Bart. probetur per pracmaticam promulgatam Madridij 20. die mensis Feb. anno dñi 1573. quæ habetur in noua recopilatio. lib. 4. tt. 2. l. 20. in noua impresione idemque antea statutum erat in lusitania lib. 3 ordina. tt. 3. §. 3. Preterea premitto

10 heredem conueniri posse in quo loco defunctus potuit d. l. heres. absens in prin. vnde si certo loco contraxit defunctus in eo poterit eius hæres cõueniri ibique litem cum defuncto ceptam debet prosequi l. is qui Romæ. ff. de iudi. tradit. Iaso. in l. cum quidam n. 8. ff. de iur. omni. iud. Roma. in cons. 30.

Quibus ita premisis cõstituto in l. argẽtariũ. §. fi. pro cõstãter habuisse iuris consul. requisitione iudicis qui sententiã tulit necessariam esse vt in nostro tx. per quem ille suppleri & declarari debet, quod in iure nouũ

non

non est vt notat Accur. per tx. ibi in l. sciendum. ff. qui satisdare cogantur, quam interpretationem sensisse videtur glo. hic v. in prouincijs quā bene expendit Rodericus suarez in d. quest. 5. n. 8. neque putet quis eā diuinare eo quod ibi nihil de requisitione exprimatur; nam cum de hoc non dubitaretur non fuit necesse exprimere, cum termini habiles præsuponantur vt in l. qui testamentum. ff. de testament. fuit ergo principalis dubitatio illius tx. an ex sententia lata contra tutores in prouincijs posset agi Romæ contra curatores, mouebat dubitationem quod Romæ domicilium non habebat minor, atque ita videbatur non iuste requiri iudices Romanos ad executionem faciendam contra curatores minoris ibi degentes, iuxta ea quæ diximus in primo præludio.

Sed contrarium respondit iurisconsultus, ea ratione quia cum mater minoris cui ipsa hæres extiterat contraxisset Romæ vbi curatores erant iudicatum ibi facere compelluntur & requisitio legitima est iuxta tradita in vltimo præludio, ex quibus explicata manet præcipua quæ contra nostrum tx. vrget difficultas apparetque iudicem alterius territorij nō

12 posse exequi sententiam ab alio iudice latam sine literis requisitorijs quod Hispano iure quibusdam visum est corrigi per l. 2. tit. 21. lib. 4 recop. in illis verbis. *Que mostrare ante los alcaldes justicias villas y lugares de nuestros Reynos y señorios cartas y contractos publicos.* Iunctis postremis verbis *Y esso mismo madamos que se guarde pidiendo se execucion de sentencia passada en cosa juzgada.* Quibus verbis æqui paratur executio sententiæ & instrumenti. at instrumentum publicū sine literis requisitorijs mādatur executioni per quencumque iudicē qui ratione personæ rei vel contractus competens sit vt colligitur ex Bart. hic num. vlt. ergo & sententia.

Sed ego hanc opinionem non admitto, cum legum corrictio semper vitanda sit vbi expressa nō reperitur, neque eam inducit d. l. 2. quæ sententiam contractui publico æquiparauit, quo adhoc vt cōtra eam vltra decem dies exceptio non admattitur & quo ad alia quæ in ea lege exprimuntur, non tamē quo ad executionem faciendam cum literis aut sine illis, de quibus in illa lege nihil aperte cautum est. Quæ interpræratio ex tota serie eiusdem l. colligitur & maxime ex illis verbis. *Y esto mismo.* Quę cum sint relatiua præcedentis dispositionis ita debent intelligi, vt faciāt relationē sine vlla ampliatione aut restrinctione eorū quę sunt expręssa l. hæres meus § vxuri ff. de leg. 3. *Ibi proculus ad omnia:* Vt sit sensus quæcunque specialiter dicta erant de executione instrumenti ad sententiæ executionem trasferenda esse, & consequenter in casibus antea expræssis l. sicut cum sequenti l. & si transferant de adim. legat. faciunt quę in pulchra specie cum vtroque Soc. tradit Menoch. in consil. 215. num 79. lib. 3.

13 Sed quoniam dixi instrumenta publica perquen cunque iudicem executioni mandari sine literis requisitorijs ex Bart. doctrina cōmode hoc loco de ea disputabitur. Ad cuius exactam explicationem sciendum est receptum esse apud omnes instrumēta publica iure communi executioni

ni non mandari ex l. minor 25. annis cui fidei commissum ff. de mino. quem tx. ad hanc conclusionem notant et cõmendant interpretes passin vt colligitur ex traditis ab Antonio Gomez in l. 44. Tauri num. 2. Peretio in l. 4. tt. 8. lib. 3. ordinamenti glo. 1. col. 3. vers. sciendum tamen Menoch. de arbit lib. 2. casu 17. n. 1. & 2.

Sed quo ego iã olim obseruaui vulgarẽ illius tx. allegationem mihi non probari, præsuponit enim publico instrumento cautum minori fuisse quod ex tx. non constat, cautio enim de qua ibi potuit sine scriptura, aut in priuata interponi, nam quanuis cautionis verbum scripturam aliquando significet l. lecta ff. si certum petatur l. vltima in fi. C. de priui. schol. lib. 12. frequentius tamen significat securitatem quæ fit sine scriptura, siue nuda promissione fiat, vt in l. sancimus c. de verb. sig. vel cũ pignoribus aut fidei iussoribus l. si dubitet in prin. ff. de fidei iu. late Rebufus in l. habere §. cautum ff. de verb. sig. cũ ergo non constet cautionem de qua ibi contineri publico instrumento, sequitur non probare eũm tx. sententiam ad quam allegatur, quam non magis probat l. extat decretum ff. de eo quod metus ca. alegata per Perez supra.

14 Primo quoniã petitiones quæ in illa lege ordinarijs actionibus proponi iubentur, id est non via executiua vt interpretatur Perez, non constat publicis instrumentis contineri.

Deinde quia ibi non excluditur ius agendi via executiua sed illud solum prohibetur ne quis propria authoritate rẽ capiat & ius sibi dicat cõtra iudicatum, quod neque in iudicio executiuo permittitur quinimo furti & vi bonorum raptorum tenetur qui iudicati bona propria authoritate distraxit l. miles §. qui iudicati sup. hoc tt. executio enim per iudicem facienda est ordine a iure præscripto, de quo in tota hac nostra l. & in l. debitoribus 31. j. hoc tt. idque significat l. 4. §. ex conuentione sup. eo d ibi. *Manebit ordo executionis.* Abrogata antiqua l. 12. tab. quæ capiẽdi, aut in carcerandi debitorem iudicatum aut confessum creditori concedebat potestatem, quam refert gelius lib. 20. c. 1. eamque declarat & restituit Cuja lib. 3. obseruatio c. 39. cuius tamen antiquæ legis sententia Hispaniæ legibus redintegrata & in vsum restituta aliqua ex parte videtur per l. 19. tt. 21. lib. 4. recop. quæ debitorem capi & in carcerari iubet nisi fidei iusores euictionis Hispane de *Saneamiento.* Præstiterit quæ antiquæ illius l. 12. tab. sententiam exprimere & ad viuum referre videtur quæ talis erat. *Eum qui iudicatum non facit nisi pro eo aliquis fidei iussor existat creditorem posse secum ducere & vincere.* Idque propria authoritate quod tamen Hispana lege non permittitur.

Ex quibus liquido constat decretum diui Marci de quo in d. l. extat, executionem publicis scripturis non denegasse cum aliud longe diuersum contineat secundum veram interpretationem supra traditam vt constet male eum tx. ad prædictam conclusionem allegasse Perez vbi supra.

Sed neque magis apte ad eam rem mihi videntur l. 4. §. si ex conuentione

tione sup. hoc tt. l. 2. C. de executio. rei iud. quas allegat Gomez sup. n. 2. quoniam in illis non exprimitur nouationem publico instrumento fuisse comprehensam, sed licet hæc iura non probent sententiam ad quam allegantur, mihi semper verissima visa est. Tum ex eo quia nullibi expressum sit debitum scriptura publica comprehensum petendũ esse via executiua, quod utique non fuisset ommittendum arg. l. item apud §. ait prætor vers. ea enim. De iniur. quemadmodum in sententia iure iurando & confessione exprimitur in d. l. post rem .j. hoc tt. tum etiam quia speciale est in scriptura testamenti vt executioni mandetur l. vltima. C. de ædicto Diui Adria. ergo in nulla alia id obseruatur: accedit his ratio efficax quia scripturæ in iure quantum cunque publicæ solum ad probationem fuerunt inuentæ l. in exercendis C. de fide instrum l. pactum quod bona fide C. de pactis melior tx. in l. contrahitur verso. fiunt enim ff. de pignoribus elleganter Cassiodorus li. 11. variar. Est

15 quam allegantur, mihi semper verissima visa est.

Enim Inquit *escriptura humanorum actum seruans fidele testimonium præteritorum loquax obliuionis inimica, nam memoria nostra & si causas retinet, verba tamen commutar, illic autem secure reponitur quod semper æqualiter audiatur*. Sane cum ad pbationem rei gestæ fiant scripturæ, nõ debent mereri executionem quia virtus & effectus probationis pendet a sententia diffinitiua vt obseruat glo. in l. sed & si possessori §. fi. ver. probatum ff. de iur. iur. quã probant communiter DD. vt refert Anto. Gomez sup. n. 3. Vnde ante sententiam, scriptura quæ nihil aliud est quam quodam probationis genus, non debet effectum operari, quo fit vt quanuis cautio de qua in d. l. minor in publica scriptura continetur concedenda esset restitutio in integrum, quoniam viget adhuc ratio posita in vers. quia paratã

16 sed hodie nõ esset concedenda, nam instrumenta publica paratam habent executionem, non minus quam sententiæ l. 4. tt. 8. lib. 3. ordi. l. 1 & 2. tt. 21 lib. 4. recop. & apud Lusitanos ex ordinatione quæ habetur lib. 3. tt. 16 & ex proprijs statutis in Galia alijsque prouincijs idem obseruatur vt refert Menoch de arbitra. lib. 2. casu 17. n. 1.

Vnde minor lesus dici non posset cum per scripturam publicam habeat ius exequendi quemadmodum per sententiam, vt merito dixerit Bart. in l. cum vnus in fi. ff. de bon. autho. iud. poss. executionem instrumenti publici, æquiparari executioni sententiæ, probat Bald. in l. fi. col. 2. eod tt. & Rom cons. 76. n. 4. Atque ita correcta manet d. l. minor. si cum communi intelligatur cautione quę public. instrumento continetur. Sed & ex alio capite cesare debet eius decisio, etiam iure communi attento quia hodie non fit nouatio prioris obligationis nisi specialiter expresum sit l. fi. C. de nouatio. l. 15 tt. 13. part. 5.

Vnde cautio in d. l. minor nõ tolleret priorem iudicati actionẽ quin potius noua accederet atque ita captus non diceretur sed potius meliorem condictionem suam fecisse cum intersit eius plura habere remedia

Quibus

17 Quibus ita constitutis iam constat Hispaniç & vbicunque instrumẽta poblica executionem merentur posse istam executio. fieri in loco domicilij ipsius rei, & si alibi scriptura fuerit facta quod tamẽ procedit cũ vtrobique viget statutũ de exequẽdo publico instrumento alias, enim si in loco in quo desideratur fieri executio non viget tale statutum, nõ erit facienda ex Bald. in l. vnica C. de confessis ad fi. quẽ probat Paul. in l. 1. C. ne filius pro patre & Iaso. hic n. 6. Rebuf. 2. tho. ad ll. gallicas. tt. de literis requisitorijs n. 26. Dominus meus Anto. Gomez huius cathedræ quã petimus, olim meritissimus moderator per quem e: superis ad nos Astrea redijsse existimatur in l. 64. Tauri n. 8. pro qua opinione facit l. missi opinatores C. de exacto trib. lib. 10. & ratio non inelle gans quia in executiuis seruatur consuetudo loci vbi fit executio Bart. in l. 1. q. 4. C. ne filius pro patre.

Vnde colligitur insignis limitatio ad nostrum tx. vt non procedat in executione quç fit per publicum instrumentum quæ sine literis requisitorijs vbi cunque potest fieri.

18 Sed an in delictis locum habeat decissio huius tx. & an per literas requisitorias de vno iudice ad aliũ sit facienda remissio, quæri hic comode potest cuius articuli resolutio latissime patet, vt cõstat ex his quæ præter ordinarios hic & in autent. vt nulli iudicum §. si quis comprehensorum colu. 9. & in c. proposuisti & in c. vlt. de foro comp. scribunt Iulius clarus lib. 5. sent. §. fi. quæst. 39 l. ælius iordanus de maioribus episcoporum causis c. 12. Coua. in pract. c. 11. Auendanus de exequend. mãdatis regum secund. part. c. 7.

Sed vera articuli resolutio breui comprẽhensa hæc est, delinquentem sortiri forum iudicis in quo deliquit l. 1. C. vbi de criminibus agi oporteat l. solent de custodia reorum l. 3. ff. de officio præsidis l. desertorem ff. de re millitare c. vlt. de foro comp. neque tñ. propterea de sinit esse iudex is in quo domicilium habet delinquẽs l. 1. ff. de exhibendis reis c. cum contingat de foro comp. c. nullus 9. quæst. 2. quia hæc pugnantia nõ sunt vt male aliqui putãt potest enim quis plures iudices habere maxime in delictis ne impunita maneãt; quod ad publicam expectant vtilitatem l. si ita vulneratus ad l. Aquil vnde errant qui inter grauiora & leuiora crimina destingunt; cum par sit ouium conditio quoad cognitionem. Sed quoniam publice interest scelera & in eo loco puniri vbi perpetrata sunt vt exemplo territi a maleficijs abstineant l. capitalium §. famosos ff. de pœnis clem. 1. de officio ord. ideo ad locum cõmissi delicti remissio facienda est vt post plures quos refert explicat Rolandus a valle cons. 19. n. 20. vol. 2. Menoch in cã. Finariensi cons. 2. n. 130. Anto. Correa Sasius in comment ad. tt. 1. lib. 4 ordi. Portugaliæ §. fi. Cou. & Iulius clarus sup. extantque hac de re apud nos Regiæ leges 1. & 2. tt. 17. lib. 8. ord. & l. 1. cum tribus sequentibus tt. 16. lib. 8. recop.

quibus

quibus in locis variȩ quæstiones circa remissionem delinquentium faciendã vel denegandam tam doctæ resoluuntur vt his addi quicquam vel detrahi posse non videatur. Ex quibus ea insignis est an in crimine furti hæc remissio locũ habeat si forte cũ re furto ablata alio se Fur trãsferat, & hoc casu remissionẽ cesare docet Bart. in l. si dominũ. 48. ff. de furtis qua lege probari putãt interpræetes per nouã cõtrectationẽ in alio loco factã nouã oriri actionẽ ad vindictã, propter quã Fur eo loco quo cũ re furtiua fuerit deprȩhẽsus debet puniri quã opinionẽ probat Paul. in l. siue manifeste §. 1. n. 13. de cõd. furt. Maria Soc. in c. 1 n. 15. de rapto firmans praui vbique seruari & Boerius decisi. 13. n. 45. plures relatia Coua. lib. 2. varia. c. 2, n. 20. & in prac. c. 11. n. 9. qui tamen ex multorum authoritate contrariam opinionem veram & in praxi seruãdam profitetur quam et ego probo. Neque memoratur d. l. si dominiũ in qua non dicitur noua contrectatione nouũ furtum commiti, quod prima occupatione rei fuit commissum sed id solum actionem furti nouo rei domino competere non quidem propter nouam contrectationem sed quia furti actio datur ei cuius interst. l. cuius ff. de furt. l. 2. §. fi. de vi bonorũ rapt§. furt. actio de oblig. quæ ex delit. nas. vnde merito ei ad quem subrreptȩ rei dominium transit datur actio furt.

20 Superioribus commode illud adiungemus quod a nonnullis ex interpræetibus hic traditur literarum requisitoriarum vsum non solum vigere inter eiusdem iurisdictionis iudices sed de ecclesiastico ad secularẽ locum habere quod vulgo dicitur imploratio brachij secularis vt in c. tt. officiũ. §. denique de hæreticis lib. 6. c. 1 de officio ord. & e cõuerso secularis auxilium ecclesiastici potest implorare ex Barth. hic in .n. 4. Maria Socc. in c. cũ sit generale. n. 24. de foro cõp. qua de re multa per ordinarios in l. si quis in hoc genus C. de episcop. & cle. Coua. in pract. c. 10 Redin. in ttt. de magestate principis, apud quos tan latæ & vtiliter articulis hic explicatur vt super vacuum existimem rem per se claram & ab alijs expositam longiori commentario exponere.



21 Sed iam quod in principio huius l. in hunc locum reseruauimus commode claudet nostri §. interpretationem an scilicet is qui sentẽtiam exequitur habeat aliquam causæ cognitionem. Pro cuius articuli resolutione obseruaudum est, alium esse merum executorem alium mixtum merus executor dicitur cui post sententiam latam & causæ cognitionẽ habitam super exceptionibus quæ obijciuntur executioni, committitur executio facti, vt tradit Bart. in principio huius l. n. 10. Iaso. 14. veluti si post liquidatam materiam executionis datus sit ad possessionem tradendam, tradit post alios Felinus in c. de cetero de re iud. & plures referens Bernar. Diaz in reg. 270. iuxta quam doctrinã interprȩtor tx. in l. si vt proponis & in l. executorem C. de executione rei iudicatæ. Mixtus executor dicitur qui post latam sententiam datur in auxiliũ iurisdi-

ctionis

ctionis iuxta Bart. doctrinam in prin. huius l. n. 6. quam multis exemplis prosequitur & exornat Menoch. de arbitrarijs quæst. 38. quo præmisso in proposita quæstione sic statuo. Merum executorem nullam ha
22 bere caussæ cognitionem vt in d. l. executorem & in c. pastoralis §. quia vero de officio deleg. de cuius interprætatione in § sequenti agendum est.

At mixtus executor causæ cognitionem habet iuxta tx. in l. & si non cognitio C. si contra ius vel vt l. publi. tradit plene menoch. lib. 1. de arbit. quæst. 38. Cui tamen resolutioni plura obijciuntur,

23 Et præcipue l. Nensenius §. in solidum. j. hoc tt. l. cum fidei commissum ff. de confessis quibus exprimitur post sententiam nullam exceptionem obijci posse ipsius executioni cui difficultati respondeo, ea iura procedere in exceptione quæ directo oppugnat sententiam, quæ adeo nō potest opponi, vt si daretur executoria sententiæ admittentis talē exceptionem esset ipso iure nulla ex l. 1. C. quando prou. non est necesse. Neque enim admittitur executoria contra executoriam vt iure Hispano apperte cautum est in l. 13. tt. 22. in l. 15. tt. 11. partita. 3. At vero si exceptio non infringit directo sententiam potest executioni obijci, & executor de ea cognoscere iuxta tx. sic intelligendum in l. si fidei iusores §. idem respondit ff. de fidei iuso. l. ex diuerso §. fi. ff. soluto mat. l. Nensenius §. vlt. infra. quā distinctio. scribit Bart. in l. 1. C de iur. & fact. igno. vbi Ias. n. 15. Menes. 36. idem Bart. in princ. huius l. n. 8. idem met Alberi. in l. in fundo de rei vind. Boerius q. 33. n. 18. Molineus in cons. paris. 1. part. tt. 1. §. 6. n. 7. Ioan Garcia in. tractatu de expēsis & melioratio. c. 6. n. 15. Menoch. in d. q. 38. n. 10.

24 Ex qua generali doctrina plura in quibus ea exēplificari potest deducuntur principio eum cui mandatur executio seniæ posse cognoscere de exceptione expensarum quæ obijcitur vindicāti rem, vt in l. domum C de rei vind. nam cum talis exceptio non infringat sententiam sed in eā moderetur recte obijci potest. vt Bart docuit in d. l. in fundo n. 16. & in l. Paulus ff. de doli excepti one Menoch. in d. quæst. 38. n. 10. Et Bertrandus in cons. 25. n. 50 vol. 1. Boer in decision. 43. n. 9. Iuan Garcia vbi sup. n. 15. & 17. hoc extendens etiam si de talibus expensis ante sententiam actum sit, dum modo de his nihil sit pronuntiatum a iudice, quę tamen āpliatio difficilis videri potest ex eo quia exceptio oppo
25 sita in processu non potest oponi executioni sententiæ l. sin autem §. fi. ff. de neg. gest. vbi id notant Bald. & Alberi. & exornat late Auendañus in commentario ad l. 4. tt. 8. n. 49. lib. 3. ordi. Sed nihilominus ea ampliatio vera est neque obstat d. §. fi. procedit enim vbi fuisset plene cognitum in iudicio de exceptione expensarum & super his pronuntiatum, alias enim post iterum executioni sententia obijci & intra tempora præstituta de ea doceri iuxta tx. in l. duobus diuersis ff. de exceptione rei iud. quē sic interpretatur Pau ibi & Ripa in l. qui Romę §. Duo fratres ff. de

 ff. de verbo. oblig. Secundo deducitur exceptionem compensationis executione sententiæ obijci posse, & de ea per iudicem cui committitur executio cognosci .l. 2. C. de compensatio. l. si cum militi. ff. eod. notat glos. vlt. in c. cum Ioannes. de fide inst. quã probat Abb. in c. exceptionem .n. 18. de exceptio. Aflictis decisione. 121. n. 3. Medices de compensatio. 2. part. q. 25. n. 1. Ang. in cons. 132. Alex. cons. 12 n. 13. vol. 2. Rebuf. 1. thomo. ad .ll. gall. tt. de literis obligatorijs glo. 9. n. 39. Octauianus Cacheranus in decisione Pedamon. 92. & alij relati per Franc. Bursatum cons. 106. lib. 1. quæ sententia iure nostri regni comprobari videtur ex l. 1. tt. 21. lib. 5. recop. dum contra executionem sententię admitit exceptionẽ solutionis, plane compensatio solutioni æquiparatur .l. amplius non peti. ff. rem raptam haberi .l. si cum militi § cum intra. ff. de compensationibus quo argumento executorẽ posse admittere exceptionem cõpensationis in executione sententiæ Hispano iure post Rodericum Suarez firmat Grego. Lupus in l. 20. titu. 14. partita. 5. Cifuentes in l. 64. Tauri. quęst. 10. Auiles in .cc. præto. c. 10. num. 7. Perez in l. 4. tt. 8. lib. 3. ordi. pag. 662. ver. quæro. vtrũ & his non allegatis Menesius in l. 1. C. de iur. & fact. ignorantia n. 38. vbi numeris sequentibus multis alijs exemplis ostendit exceptiones quæ non directo infringunt sententiam sed potius respiciunt ipsius executionem & oponitur ad consequẽdum id quod expræse in sententia denegatum non est posse & debere admitti contra sentẽtiæ executionem, vnde fit a contrario quod si exceptio directe opugnet sententiam, vel de ea fuerit cognitum & pronuntiatum non posit obijci executioni neque executorem de ea cognoscere.

Cui tamen resolutioni aduc obstat l. tametsi ff. ad Macedon. vbi si filius fam. qui mutuum accepit ommisserit senatus cons. exceptionem, & condemnatus fuerit potest postmodũ executioni sententię eam exceptionem obijcere, quam tamen certum est directo oppugnare sententiam.

Cui dificultati communiter responderi solet l. tametsi procedere in executione inducta odio creditoris qualis est quæ filijs fam. competit ex senatus consulto Macedo. Verum hęc solutio dificultatem non tollit. nam licet ea exceptio odio creditoris inducta sit non tamen inde sequitur posse obijci post sententiã, nã cum filius fam. sui iuris effectus exceptionem remittere posit l. Zenodorus C. ad Macedo. poterit etiã per lapsum termini legalis eam exceptionem amittere.

Quare vera solutio est exceptionem Macedoniani non solum odio creditoris sed & fauore patris fuisse inductam l. 1. ff. ad S. C. macedo.

Vnde quamuis filius omisserit exceptionem istam opponere, propter fauorem tamen patris cui filius non potuit pręiudicare poterit exceptionem istam opponere, etiam coram executore si nudus non sit iuxta supra traditam resolutionem. Valete